



A D L I B R I I I I.

D E C R E T A L I U M
T I T U L U M I.

De vita & honestate Clericorum.

T R A C T A T U S.

*Inter Dissertationes Iuris Canonici ab Autore anno 1632. editus;
Postea ab eo quibusdam passim insertis, & notis
adjectis auctus.*

Ad Rubricam Tituli.



N T E Q U A M propositam tertij libri *Decretalium* interpretationem aggrediamur ; quædam præmitenda sunt generaliter de arte & methodo *Decretalium* Gregorij IX. Et quidem in *Tractatu* de origine Juris Canonici ostendimus Gregorium IX, compilationem istam collegisse ex quinque antiquioribus Collectionibus ; exemplo sumpto à Tribuniano, qui ex Codicibus Gregoriano, Hermogeniano & Theodosiano, aliorumque Imperatorum novis Constitutionibus postea promulgatis Codicem Justinianeum composuit. Cujus etiam methodum Gregorius IX. non quidem primus secutus est, sed ab Autore Collectionis primæ usurpatam, & à Collectoribus sequentibus repetitam, postremò nobis repræsentavit. Eadem enim ferè omnium Collectionum ars est, nempè jus omne Canonicum in personas, actiones sive judicia partiuntur. Et quidem primo libro de personis, & earum qualitatibus, & dignitatibus diversis agitur potissimum ; in secundo de judiciis Ecclesiasticis, eorumque ordine & executione ; in tertio & quarto de rebus tam spiritualibus quam temporalibus & mixtis ; postremus liber ad criminum persecutionem pertinet. Nec aliis est ordo Sexti, Clementinarum, & aliarum Collectionum

Sed ut veniamus ad *Librum III.* quem explicandum suscepimus, observandum est in eo libro jus omne ferè Canonicum propriè dictum contineri. Quod enim ait Ulpiauus in l. ult. ff. de legibus, totum jus consistere, aut in acquirendo, aut in conservando, aut in minuendo, illa tria simul reperiuntur in hoc 3. libro. Agitur enim de Præbendis &

& Dignitatibus & institutionibus; itemque de variis contractibus, testamentis & successionibus; quibus nobis acquiri, retineri, vel amitti res spirituales & temporales solent. Agitur etiam de residentia, de variis Sacramentis, & reliquis officiis & muniis Ecclesiasticis, propter quae ab Ecclesia sumptus & stipendia suppeditantur, & beneficia conservantur.

His ita præmissis, sequitur ut ad rubricam accedamus tituli primi *de vita & honestate Clericorum*. Incipiemus autem à personis, quia earum causâ jura omnia constituta sunt. Clericorum nomen, sicut Paulini Nolani & Cleri latissimè patet. Ecclesiam enim omnem complectitur & Christianos omnes, sicut & Sacerdotis nomen aliquando, Petrus in *Ca-tholica* 1. cap. 2. v. 9. & cap. 5. v. 2. & 3. Quod ex aliis docuit Cujacius ad *paratitulum Codicis de Episcopis & Clericis*. Omnes quippe sunt hæredes Christi Patris, *οὐκ οὐρανοὶ γενέσθαι τοῖς αὐτοῖς*; unde & fratres mutuò se appellabant. Distinctionis tamen causâ in duas species dividuntur à Paulo Apostolo. Prima species est Cleri *τῆς διακονίας*, id est ministerij, *Aet. c. 1. v. 25*. sacer Ordo. Nam passim *διακονία* apud Paulum & reliquos antiquiores Ecclesiæ Patres generaliter tribuitur omnibus, qui ut loquitur *lex 2. Cod. Theod. de Episcopis & Clericis*, divino cultui Religionis ministeria impendunt; qui in Clerico ministerio dicuntur constituti à Cypriano, nulla differentia gradus vel dignitatis adhibita. Alia species eorum est, qui, ut ait idem Paulus in *epistola ad Colossenses cap. 1. v. 12.* *τὸς τὴν μείζην τὴν κληρονομίαν τὸν ἀγίουν* & *V. Hierony. εωνί*, digni facti sunt in partem sortis Sanctorum in lumine: & convenit etiam fidelibus Laïcis. Hæc divisio confirmatur ab Hieronymo sus Luciferia- & Augustino in *can. duo sunt. xii. Quest. 1.* & in *can. ult. Dist. iv. nos* pag. 422. Species tamen prima, id est pars illa Cleri, quæ mancipata est divino officio, quam dignitas Ecclesiastici gradus ornat *dicitur can. ult. præstantior & nobilior* est secunda, qua Laïci continentur, qui ab Optato Milevitano *lib. 1.* nulla dignitate in Ecclesia dicuntur suffulti. Et eleganter in *Constitutionibus*, quæ dicuntur Apostolorum, *lib. 2. cap. 28.* Ecclesia navi comparatur, in qua Presbyteri & reliqui ministri comparantur illis, qui navem gubernant; Laïci verò vectoribus. Qui locus translatus est in *epistolam* quæ tribuitur Clementi *ad Iacobum fratrem Domini*, sed corruptè. Et quidem de Laïcis nominatim *hoc titulo* non agitur, licet aliqua mentio eorum fiat in *capitulo 1.* & *capitulo 8.* sed tantum de Clericis.

Cleri verò *διακονίας*, id est ministerij, variæ iterum sunt distinctiones, quas enumerat Paulus in *epistola prima ad Corinthios cap. 12. 13. & 14 ad Timotheum cap. 3. 4. 5.* & *ad Titum*, quas ideo sapienter inculcat; tum ne quis deciperetur, quia Apostolus Episcopi, Presbyteri & Diaconi nomen promiscuè sapienter usurpaverat; tum etiam quia suo tempore plurimi status hierarchici perturbatores exoriebantur, qui nec hodie desunt. Diaconiæ verò sive ministerij in Ecclesia plures gradus & ordines, quos Paulus & antiqua Concilia βασιλεὺς & τάγμα appellant. Primi sunt Episcopi, qui Apostolorum locum obtinent: Principes- & apices dignitatum in primo Sacerdotio. In primo Ordine constituti dicuntur ab Optato *lib. 1.* Facundo Hermianensi

lib. 12. cap. 3. Sidonio Apollinari *lib. 4 epist. 25.* Sequuntur Presbyteri proximè, qui ab iisdem autoribus in secundo Sacerdotio, & secundo Ordine numerantur: [& in *Ordine Romano* pag. 94. sequentis Ordinis, & secundæ Dignitatis viri appellantur. Et locum Presbyterij appropinquare Episcopatui, quamvis malignè contra mentem Augustini, verè tamen interpretabantur Hippoñenses quidam, quando ordinatus est Presbyter Augustinus, Possidonius in ejus vita cap. 4.] Et de Presbyteris forte intelligendum, quod habetur *Rescripto quodam Constantini ad Chrestum Syracusanum Episcopum*, quod extat apud Eusebium *lib. 10. cap. 6.* *δύο γένη πατρών τοῦ διατέρου δόγματος*; non de Episcopis, qui in primo ordine, primo Sacerdotio, sunt constituti. Elegantissima est etiam in hanc rem *lex quædam Theodosij & Valentiniiani à doctiss Sirmondo edita primùm in appendice Codicis Theodosiani* ordine 20. his verbis. *Audemus quidem sermonem facere, solito plus timore capti, de sanctis & venerabilibus Sacerdotibus, & secundis Sacerdotibus, vel etiam Levitis, & eos cum omni timore nominare, quibus omnis terra caput inclinat.* Et in fine legis apertiùs explicat Episcopos, Presbyteros, Diaconos. [Innocentius I. epist. ad Decentium Eugubinum cap. 3. Presbyteri licet sint secundi Sacerdotes; Pontificatus tamen apicem non habent. Gregorius Nazianz. versibus de vita sua, *τὸς δευτέρου δόγματος* vocat & Heiricus in vita S. Germani de quodam, ab Amatore Augustodunensi in Presbyterum ordinato, ait, *Promotum jubet esse gradus in honore secundi.*] Quinetiam Presbyteri Apostolorum locum dicuntur obtinere *lib. 2. Constitutionum Apostolicarum cap. 2.* [juncta Ignatij epistola ad Trallianos:] & Episcoporum Comites, eorumque Confessores & Consiliarij vocantur, *Αποστόλων, ὡς καὶ τὴν πόπον φυλάσσουν*, *οὐκέτοι τὸ Επισκόπου καὶ τῆς ἐκκλησίας σιγαρεῖς, τοῖς γὰρ συνέδεον* & *καὶ βουλὴ τῆς ἐκκλησίας*, quos & Apostoli adhibebant in consilium, ut constat ex *Actis Apostolorum*, & Pauli Epistolis pluribus in locis. Unde Presbyterij nomen in epist. prima Pauli ad Timotheum cap. 4. v. 14. pro Episcoporum Senatu & consilio. * Eodem sensu in can. Ecclisiæ Ecclesiæ pag. *Distr. xciii. can. ecce ego, & can. olim Distr. xcv. can. videntes. xlii. Q. 1. & can. 51. & 58. ead. C. Q. 2. & ibi Glossa,* ac * Lucæ cap. 22. cipitur. Eadémque forma contrahi Presbyterium dicitur ab Episcopis, id est convocari Presbyteros, consilij causâ in *epistola Papæ Cornelij inter Cypriani Epistolas* [numero 46. ad quam vide Pamelium.] idem: & *Act. 20. Paulus Presbyteros convo-* Prudentissimum verò propositum Cypriani in fine *epistole 39. Presbyteris & Diaconis fratribus scriptæ, continetur. Ad id verò, quod scripsierunt mihi Compresbyteri nostri, &c. solus rescribere nihil potui;*

quod à primordio Episcopatus mei statuerim, nihil sine consilio vestro, & consensu plebis, mea privata sententia gerere. Et quod notandum maxime in epistola 53. ad eosdem scripta se excusat; quod urgente causa Optatum Subdiaconum, & Saturum Lectorem constituisset, absentibus Presbyteris & Diaconis. Quin etiam causam excusationis legitimam allegat; quia jampridem communi consilio, Clero proximos eos fecerat: eleganti verbo, id est jam designatos ordinationi, & proxime promovendos, ut potè jam probatos. Confirmatur ultimis verbis il-

De dignitate
Episcoporū &
Presbyterorum

Institutione,
comparatione
& distinctio-
ne, vide D. Ha-
bert Libro Pon-

Græcæ pag.
172. & seqq.

* Lucæ cap. 22.
Presbyterium
& Synedrium
idem: & Act.

20. Paulus Pres-
byteros convo-
cat.

lius epistolæ : quod jampridem communī consilio omnium nostrorū cœperat, necessitate urgente promotum est. Omnia nostrorum : non tantū Presbyterorum , sed etiam Diaconorum , ad quos pariter scribebat, qui locis Pauli & Cypriani citatis, semper adjunguntur Presbyteris. Et in antiquis quibusdam Conciliis , Occidentalibus maximè , post Episcopos Presbyteri & Diaconi consentiunt, constituunt, & subscribunt. Quare hi duo gradus passim in scriptis Apostolorum, & in antiquioribus Conciliis conjunguntur , in quibus ἀρχηγοι distinctionis causā appellantur : quo verbo soli Presbyteri & Diaconi propriè continentur can. 5. 24. 27. 30. 36. 41. 42. 54. & 55. Concilij Laodiceni ; quos recte vetus Interpres Altaris Ministros, & in Sacerdotali ordine constitutos exponit : malè Ferrandus Diaconos , & Dionysius Exiguus aliquando absolutè , Sacerdotes, interpretantur. Inferioris gradus reliqui omnes , nempè olim Subdiaconi , & hodie Lectores, Cantores, Exorcistæ, & Ostiarij nomine Clericorum comprehenduntur , ut constat ex dictis Canonibus. Singulis autem ministeria & officia certa Canonibus definiuntur ; ne quis ordinem & regulam Ecclesiasticam temeraria præsumptione violaret. Quod aperi-
tissimè statuitur Canonibus 20. 21. 22. 23. & 27. dicti Concilij Laodiceni ; quos Canones omnes ferè Collectores retulerunt. Hunc ordinem eleganter Gregorius Nazianzenus oratione pro patre νόμον ἀκολούθια vocat ; qui adeò necessarius & utilis visus est , ut semper obtinuerit in Ecclesia : eumque pluribus in locis aliquandiu intermis-
sum , in usum revocari , ne tanquam otiosæ traducantur functiones illæ ab hæreticis , prudentissimè statuit Synodus Tridentina sessione 23. cap. 17. de reformatione. Et sanè optima illa consilia in juris neces-
sitatem converti , Ecclesiæ foret conducibile.

Ex his colligitur quis fuerit Clerus diaconiæ , & in quot gradus distributus. Generali verò nomine in Canonibus antiquis omnes constituti dicuntur , εἰς ηλίστρων , εἰς ἀρχηγῶν , εἰς τάξην , sive τάξιαν ἀναποδίας , εἰς καπιτάνων , εἰς καγόνων : unde & κατονικοὶ ψαλταὶ in can. 15. dicti Concilij Laodiceni : quibus verbis propriè & per eminentiam continentur , qui ab Episcopo consecrantur ; quos à Laicis dignitate & gradu ministerij separatos diximus. Observandum tamen generaliis aliquando illa verba sumi , ut etiam comprehendant omnes , qui in notitiam , indicem & catalogum Ecclesiæ referuntur , quibus scilicet sumptus ab Ecclesia suppeditantur : in quo ordine post Clericos primæ recensentur Diaconiæ , quæ licet consecrationem non habeant, ut Clerici, sed tantum manus impositionem can. 15. Chalcedonensis Concilij ; tamen specie tenus & habitu videntur esse de Clero τῷ γένουν , ut loquitur can. 19. Nicæni Concilij : ita enim schema accipitur can. 3. & 4. Ancyranæ Synodi : Nam in rei veritate omnino inter Laicos computantur dicto can. 19. & can. 11. Concilij Laodiceni ; cuius mentem intellexisse & expressisse optimè solus Interpres vetus videtur , & ad disciplinam Occidentalis Ecclesiæ retulisse. Vetus tamen mendum ex illo Canone tollendum est , quod remansit apud omnes Collectores & Interpretes in his verbis : *Vnivira & matricuria appellantur, quasi habentes curam de rebus Ecclesiæ, ut ve-*

tus Interpres Decreti ineptè exposuit in *can. ult. Dist. xxxii.* qui desumptus est ex *can. 11.* dictæ Synodi Laodicenæ. Reponendum verò Matricariæ à matrice, id est catalogo & notitia Ecclesiæ, in quam referebantur. Et confirmatur ex Paulo ad Timotheum *prima cap. 5. v. 9.* in *verb.* ~~αταλεγέδω~~. Plures enim erant matriculæ & notitia in singulis Ecclesiis, ex quarum ordine & præscripto solebant erogari ad victimum necessaria non tantùm illis qui erant de Clero, vel qui inter eos numerabantur, ut diximus; sed etiam pauperibus, qui eadem forma matricularij absolutè vocantur; quia in matricula erant positi, ut in *Testamento* B. Remigij dicitur: [Et in *Glossis* Isidori Matricularius, pauper, inops: hinc *Mereau* à matricula, & *Marelle*.] De quibus adde notata clarissimi Interpretis Marculphi in expositione *formula 11.* inter veteres additæ. Quibus addere licet varia *Capitula* Hincmari, quæ extant *tom 2.* Conciliorum Galliæ pag. 624. & 638. eadémque forma in *Novella 13. de Prætoribus plebis,* Matricularij pro collegiatis & corporatis intelliguntur. Sed ut redeam ad Clericorum catalogum, sive matriculam, cuius fit mentio in Concilio Agathensi *can. 2.* & *can. 13.* Aurelianensis IV. omnes, quorum nomina in illis tenentur inscripta, sunt sub Episcoporum dispositione & potestate *dicto can. 13.* & *cap. ult. libri de septem Ordinibus Ecclesiæ.* Quibus rectè adjungere possumus, qui in Conciliis & in legibus vocantur Copiatæ, Fossores, Decani, & Juniores Ecclesiæ.

Vide respon-
sionem contra
Spongiam. Pe-
tri Aurelij pag.
343. & seqq.
& pag. 400. &
seq.

Observandum est Monachos & Sanctimoniales ab illis omnibus distingui; ideoque nihil expressè nostro *titulo* de Monachis agitur, sed seorsim *titulo 31. 32. & sequentibus:* sicut & in *Codice* & in *Novellis* à Clericis & omnibus Ecclesiæ ministris separantur Monachi. Episcopis tamen subditi sunt in omnibus, ut Clerici *can. 4.* Concilij Chalcedonensis, & *can. 13. & 17.* Synodi septimæ; nisi specialiter exemptionum privilegiis muniantur, de quibus diximus. Clericorum autem cœtus longè præminet cœtui Monachorum; ita ut aliquando bonus Monachus vix bonum Clericum faciat, ut loquitur Alexander III. in *cap. 5. de conversat. conjugatorum in prima Collectione*: quæ verba desumpsit ex Augustino *can. 36. Causa XVI.*

Q. 1. Et de ea re ex professo Philippus Abbas Bonæ spei *de institu-*
tione Clericorum. Eaque ratione Abbas non tantùm majoris dignitatis & superioris ordinis Clericis; sed etiam inferioribus & Ostia-
rio subditus dicitur *can. 5. Dist. xciii.* quod & ad *can. 40. XVI.*
Q. 1. Gratianus, & ipse Monachus adnotavit; meliori sanè fide quām Raymundus in *d. cap. 5. de conversat. conjugat.* Ex quo factum est, ut elatione avida sæpiùs antiquiores Monachi ad Clericatus militiam aspirarent, quām cenodoxiam & ambitionem optimi Episco-
pi & Abbates cohibere tentaverunt sæpiùs *can. 8. 9. 10. 12. 13. 26.*
27. 28. & seq. Causa XVI. Q. 1. Multiformis autem, varius atque sub-
tilis cenodoxia & inanis gloriae morbus ille fuit; eoque adeò pericu-
losè Monachi laboraverunt aliquando: ut qui Clericorum dignitatem & habitum assequi re ipsa non poterant; simulachris tamen & um-
bris, tanquam gratissimo mentis errore, seipso deciperent, ut ele-
gantissimis exemplis describit Cassianus *lib. 11. de spiritu cenodoxia*

cap. 13. 14. 15. & seq. Potuerunt tamen Monachi, ut & hodie, ad Clericatum ordinari, post examinationem Episcopi, & intervalla legitima can. *Monachos quoque, can. de Monachis 26. 28. & seq. xv.* Q. 1.

Zosimus in decretis cap. 1. initio, & can. si quis de Religioso, Dist. Confer Iponis lxxvii. Quid contra hunc ordinem & iuris tam Clerici quam epist. 69. & Monachi apotastici moliti sint diversis temporibus; & quomodo Eccl. 213. quae quamvis de Canonice autoritate repressi fuerint, alias erit dicendi locus.

Hactenus de Clericis, de quorum vita & honestate agitur *hoc titulus Regularis*, præcipue de his, quæ ad cultum exteriorem pertinent. Oportet enim Clericos bonum testimonium, id est opinionem & famam ad Monachos integrum habere ab his qui sunt extra, Paulus ad Timotheum 1. possunt trahi, cap. 3. non tantum ab infidelibus, hereticis vel schismaticis, sed etiam à Catholicis secularibus & Laicis, ut vulgo loquuntur. Et eleganter in re admodum simili l. 10. in dicta appendice Cod. Theod. *Fama contaminat, datque sinistris rumoribus locum, &c. cum foris positos ac publico jure viventes ad illecebram criminis trahit obscenæ suspicionis exemplum.* Postremò de vita & honestate Clericorum generali & sanctam illam regulam Paulus proponit in dicta epistola cap. 4. v. 7. & 8. τοὺς βεβίους γέγοντας μόνοις παρεῖται, γύμνασθαι στρών, τετράγωνον. ἐν γὰρ σωματικῷ γυμνασίᾳ τετράγωνον οὐδὲν ὀπίζειν. ἐν δὲ τούτοις τετράγωνον μάντη αἰσθάνεται, &c. Ad cuius interpretationem pertinet [locus Liberij in Fragmentis Hilarij epistola ad Episcopos in Italia consentes. Pietatem ad omnia utilem esse legimus, cui cedit corporalis exercitatio, quimvis & ipsa utilitatis retineat fructus: & alter] locus incerti Autoris libelli de duplice martyrio, in quo licet agatur de Monachis, potest tamen aliquatenus Clericis accommodari. Non lo- Adde Hilde-
cens desertus, faciens pro ueste, legumen pro cibo, neque jejunia Mo- bertum Ceno-
nachum absolvunt. Sub his involucris interdum latet animus valde manesem epist.
mundanus; quod ita deprehenditur, si ad munus aliquod Ecclesiasticum 61. & quæ
vocentur. Ibi videoas quosdam ex illis facillime vinci deliciis, impatiens Spongia pag.
tiores injuriarum, appetentiores vindictæ, quam quivis alius sit ex me- 586. Cassianum
dia plebe. Quid causa est? quoniam corpus exercuerunt magis, quam lib. de Cenodo-
anum; cum beatus Paulus doceat, quod exercitatio corporalis ad mo- xia, & Notas
dicum utilis sit, pietas ad omnia valeat, &c. In quibus actionibus Sirmondi ad
utraque illa exercitatio sigillatim spectanda sit, in Clericis potissimum, Sidonium pag.
ostendemus in singulis capitibus. [Contra honestatem, de qua hoc tit. 74.
olim & hodie, saepius peccaverunt Clerici. Alcuinus lib. de divinis
Officiis tit. de Tonsura Cleric. pag. 72. Inde Clerici dicti, eo quod de
sorte Dei & heredi ate sint, si reguliriter vivunt: si autem non vivunt
regulariter, sicut maximi Clerici, qui totum laicalem habitum sequuntur,
cingentes arma, & cetera facientes, que ordo Canonis prohibet,
illi tale, non sunt Clerici.] Ideò verò fusiūs & accuratiūs hanc Rubri-
cam exposuimus; quia generalis est, & communia pleraque reliquis
partibus juris Canonici continet.

AD CAP. I.

IN hoc capite & sequentibus, quæ indigebunt explicatione diligentia, hanc formam & methodum servabimus, ut primò breviter Capituli sensum proponamus, secundùm mentem Gregorij IX. sive potius Raymundi à Penna fortis, cuius opera usus est; qui ad instar Tribuniani sèpè antiquorum Canonum verba ad usum sui temporis inflectit & detorquet. Secundò juris antiqui originem & progressum investigabimus, & ad utriusque juris tam veteris, quam novi confirmationem ex Historia Ecclesiastica, Conciliis & scriptis Patrum quædam desumemus. Postremò si quid commode & ad rem Glossarum Collector attulerit, si qua in re lapsus videbitur, in Elenchi modum recensebimus & adnotabimus, exemplo Marcelli, Ulpiani & Triphonini, qui ad veterum Jurisconsultorum libros notas, non tantum studio reprehendendi (quod hodie plerique faciunt), sed etiam illustrandi & confirmandi gratiâ scripserunt. Quod & optimos, & antiquissimos Criticos, Græcos & Latinos factitasse ex eorum Libris cognoscemus: non tantum obelis & notis, falsa, suspecta & dubia configentes; sed etiam utilia Lectori præmonstrantes. Hujus verò Capituli hic est sensus apud Raymundum: Præscribitur ordo servandus in Ecclesia inter Clericos & Laicos, dum celebrantur divina mysteria, & differentia locorum statuitur; quæ est ejusmodi, ut Altare per cancellos à Choro separetur, & Chorus à reliquâ majore parte Templi. In altari autem locus assignatur Presbyteris & Diaconis assistentibus, quos omnes *ἱεραποντούς*, & Altaris Ministros Canones vocant. In Choro, qui cancellis, ut diximus, vel transennis, ut Paulinus loquitur in epistola 12. dividitur ab Altari, reliqui omnes qui sunt de Clero, quos in paratitulo enumeravimus, sedebant. Laici verò ab illis duobus locis excluduntur, non semper, sed ut dicitur in *hoc capite*, quando sacra Mysteria celebrantur. Sacra Mysteria, dicebantur *τέλεται*, *Agendæ*, *Desideratæ*, *λειτουργίæ*, *sacræ Missæ*: tot enim nominibus incruentum illud & venerabile Sacrificium designatur. Tempore, quo peraguntur sacra Mysteria, stare vel sedere inter Clericos, non tantum intra septa Altaris; sed etiam secus Altare, id est intra Chorum, qui psallentibus Clericis tantum patet, ingredi Laici prohibentur. Post peracta verò mysteria ad orandum & communicandum admittuntur Laici & fœminæ, non tantum ad Chorum; sed etiam ad ipsum Altare, quod vocatur Sancta Sanctorum, ut hic dominus Cujacius docuit. Huic ultimæ clausulæ hæc verba adduntur (*sicut mos est*), quæ summè notanda sunt. His enim verbis declaratur, totum hoc genus distinctionis locorum & sedium in Ecclesia, de quo agitur *hoc capitulo*, moribus esse receptum & jure non scripto.

Desumptus est autem hic canon ex Concilio Turonensi II. *can. 4.* in quo pleniùs quædam habentur; quamvis in omnibus Collectionibus inscriptio sit aliter concepta, nempè ex Concilio Moguntino: forte non mendosè. Sæpiùs enim contingit, ut idem canon in plu-

ribus Conciliis referatur. Juris autem, de quo agitur *hoc capite*, fuit hic ordo & progressus; ut solis Pr̄sbyteris & Diaconis ad Altare ingredi, & communicare liceret. In Choro verò, Clerus; & Vide Luitprā- extra Chorum, populus & Laici orabant, & communicabant *can. 19.* dū in vita Led- Laodicensi in fine, *can. 31.* Concilij Bracarensis, *can. 17.* Concilij nis IV. initio, Toletani IV. *cap. 1.* in fine titulō sequenti Ex quibus colligitur loco- & *can. 32.* Sy- rum differentia & distinctio triplex in Ecclesia. Altare, quod cancel- nodi Roma- lis clausum erat, & Sancta Sanctorum appellatur in *hoc capite*. Post næ pag. 109 ad Cancellos * Chorus & Presbyterium solis Clericis patebat, ut rectè Calcem Ana- hīc Glossa notat; cui debet adjungi Theodoretus *lib. 5. Hist. Eccle- stiaſtice cap. 18.* sub finem [eiusque m̄ āvīloge,] & *cap. 57. lib. 2* addē D. Habert Constitutionum Apostolicarum. Aliquando tamen Altare generaliter in Pontificis sumitur etiam pro Presbyterio †, ut ex dictis locis constat, & ex *I. Pa- Ecclesie Graeca teant. Cod. de his qui ad Ecclesiam configuiunt*, quæ exat Græcè & La- pag. 270. & tine in *Cod. Theodosiano lib. 9. titulo 45.* Præterea in Absida, ad 271. quam per gradus aſcendebat, tanquam in honoratiore loco, Epif- * De Cancellis copos confeditse colligitur ex epi. olis Augustini 20. & 225. in qua Judicum & ve- gradatas Absidas vocat. [De qua sic etiam Prudentius in *passione Iis* vide Notas Hippolyti Martyris ad Valerianum Episcopum sub finem.

Fro. te sub aduersa gradibus sublime Tribunal.

Sirmondi ad Sidonium pag.

Tollitur, Antifites predicat unde Deum.] Addē Glossarium legum an- 14. & ad to- tiquarum in dictione Absis. [In Collatione Carthagin. pag. 19. inter Epif- mum 1. Concil. copos confidentes Episcopus Civitatis eminentiū sedet peregrino. Et Gallia pag. 616 in lib. August. de Gestis cum Emerito initio: ubi de Episcopo advena & & Al'emanum peregrino agitur ibi: *Et ad Communionem sim. l cum reliquis admittitur ad Procopium. quam Emeritus Donatista recusat.*] In tertia parte Laici omnes consi- De Cancellis debant, nec ad Altare etiam communicandi causâ admittebantur, ut vero Ecclesia- ex dictis Canonibus constat. Solus Imperator oblationis causâ tan- sticis, qui u- tūm ingrediebatur ὑπερ βίου, Sanctuarium, & peracta oblatione re- λιξε, vide cedebat. Theodoretus *lib. 5. cap. 17.* Sozomenus *lib. 7. cap. 24* & quæ notavimus canon 69. sextæ Synodi. Inter Laicos verò specialis locus Impera- ad Tit. de Trāſ- tori assignatur; eique soli: *Quod Theodosius Magnus ab Ambrosio latione*, ubi de monitus primus constituit, ut ait Sozomenus dicto loco. Moris erat Communione ut Imperator, dum sacrī intereſſet, in sacrario ſederet, majestatis & Ecclesiastica, dignitatis cauſa à populi confortio ſeparatus. [Et in vita Chrysosto- laïca & pere- mi de Theodosio dicitur: ut qui inceſ ſacerdotes ſedet.] Ambrosius grina, & ibi re- autem conſiderans eam conſuetudinem, vel ex aſſentatione, vel ex latum Grego- ordinis perturbatione, ἀπολιτη esse natam, Imperatori in Ecclesia lo- rij Nazianzeni cum assignavit ante ſacrarij Cancellos; ita ut populum Imperator, locum in versi- Imperatorem Sacerdotes ordine ſedendi præcederent ἀγέδεια. Hanc bus ad Epif- autem optimam tradiſionem, περὶ δοκ. Theodosius Imperat. approba- copos, ubi Can- vit, & ejus ſucceſſores conſirmaverunt: & nos ex eo uſque tempore cellos vocat fi- ſervatam cernimus, ut & multis pōſt annis ostendit retentam diutus nem & termi- canon 69. Synodi ſextæ; in quo oblationis tantūm cauſa Majestati nū inter deos, Imperatoria in tra cancellos * Altaris ingredi permittitur: quod nec id est viros di- Ambrosius in Theodosio reprehenderat; ſed hoc tantūm, ne poſt viros, & ho- oblationem peractam intra Altaris ſepta, uſque ad participationem mines reliquos ſacrorum Mysteriorum conſisteret. Et haec eſt mens dicti Canonis, conſtitutum.

Adde in illum ut colligitur ex dictis locis, & ex interpretationibus Zonaræ & Balsamonis: quibus adjungimus Nicephorum Ecclesiastice historia lib. 1362. 12. cap. 41. Ideoque male Salmatia ad illum canonem 69. [Sicut T. Cris. Svorash- & Gretserus in Notis ad Codinum,] Græcos adulatio[n]is insimulat, eis. Svorash ei cum nihil novi statuerint.

Būma, de quo

vide quæ scripsit Leo Allatius Tractatu de Pœnitentia.

* De Imperatoris ingressu ērū nī Būma, sive sacrarium, vide Notas Frontonis Ducci pag. 69. in tom. 1. (bryostomi: forte quia per gradus ascendebatur.

Procedente tamen tempore, ut ex notis Balsamonis, & ex dicto leo Nicophori constat, in Ecclesia prærogativæ quædam novæ & jura singularia Imperatoribus concessa fuerunt. Idemque in Occidente paulatim receptum: & differentia aliqua cœpit constitui, & haberi ratio personarum; non tantum in ordine sedendi, sed etiam in oblationibus accipiendis, & in communicando, ut ex variis locis ex ordine Romano collectis colligimus. Et quidem à solo Pontifice summo, qui in Senatorio sedent, communicantur; reliqui ab Episcopis, de quibus ita loquitur. Descendit Pontifex à sede, tenentibus eius manus, qui eum duxerunt, ut communicet eos, qui in Senatorio sunt, &c. Postea Episcopi communicant populum: & alibi. Deinde descendit Pontifex cum primicerio notariorum & primicerio defensorum, ut communicet Principes populorum & matresfamilias eorum. Ex quo loco observandum Matresfamilias una cum viris in Senatorio condescisse. Quid sit autem Senatorium, idem Liber explicat his verbis. Descendit ad Senatorium, quod locus est Principum. In Senatorio autem distinguebantur sedes per ordinem arcuum, ut ibidem dicitur. Et hæc de prærogativa in communicando. Deferebatur similis honor in offerendo, de quo idem Liber. Descendit Pontifex ad Senatorium, & suscipit oblationes Principum per ordinem arcuum: & deinde reliquias oblationes post Pontificem suscipit Episcopus. Quod & pluribus locis illius Libri confirmatur; & generaliter in Capitularibus litri I. cap. 148. Ut Episcopi provideant, quem honorem Presbyteri pro Ecclesiis senioribus tribuant. Tandem in Concilio Turonensi I. super his regula tradita est hoc capitulo; quam, ut alias multas ab Ecclesia Gallicana primùm constitutas, generaliter omnis Ecclesia deinde est amplexa. Hujus autem capituli interpretationem initio proposuimus. cui hoc tantum addimus, omissa esse idè quædam verba à Raymundo, quæ reperiuntur in Concilio Turonensi; quia ad usum sui temporis respexit. Conjungi etiam debet pars ultima capituli primi, tituli sequentis.

Et hæc de interpretatione hujus capituli, & progressu illius juris sufficient. Ex quo notandum maximè moribus, hoc jus tribui, esse jus positivum, & proinde ratione locorum & temporum mutari & variari posse. Superest ut ex instituto nostro, aliqua in Glossis notemus. Primò quæ dicuntur in hoc capitulo Sancta Sanctorum, id est altaria, male pro parte majore templi accipit Glossa, quam partem navim vocat. Errat etiam in eo, quod locum Clericis assignatum

(Presbyterium)

(Presbyterium, vel Chorus psallentium Clericorum, ut habetur in capitulo nostro integro) Glossa vocari dicit Diaconium ex can. non oportet, Dist. xxiiii. Nam duo sunt loca diversa. Diaconium enim, sive Decanicum (quæ sunt eadem, ut constat ex lege secunda Cod. de hereticis, juncta lege 30. (ed. Theodosiano eodem titulo), separatur à Presbyterio. Appellatur autem Diaconium, quia Diaconi custodiæ illius loci deputabantur. Appellantur etiam secretaria, & sacraria, quia in his vasa sacra, lipsana, id est reliquiæ, thesauri Ecclesiæ, & Sacri Codices recondebantur. Et aliquando in majoribus Basilicis erant plura Diaconia. Paulinus in elegantissimis descriptionibus Basilicarum Novana & Fundana epist. 12. In secretariis verò duobus, quæ suprà dixi, circa Absidem esse, hi versus indicant officia singulorum, à dextra Absidis;

Hic locus est veneranda penus, qua conditur, & qua

Promitur alma sacri pompa ministerij.

A sinistra ejusdem;

Si quem sancta tenet meditanda in lege voluntas,

Hic poterit residens sacris intendere libris.

Archivum Ecclesiæ, & κυριακῆν aliquando appellatur; ubi conventus Ecclesiastici habebantur, & custodiæ causa Clerici immorigeri asservabantur. Malè tamen ex eo Decanica carceres esse dice- Adde Mornaris, ut quidam. Nec enim Ecclesiam, quæ jurisdictionem primis cium ad l. 3. temporibus non habuit, sed audientiam tantum, carceres habuisse Cod. de Hereticis & Manichæis. Meursiū in dictione De canica, & Cujacium ad Novel. 79.

CAP. II. X. PENULT. ET ULT.

PROPTER argumenti similitudinem omnia ista capitula conjungenda videntur. Secundum caput desumptum est ex Concilio Pictaviensi, habito sub Paschali II. cuius fragmenta quædam refert Baronius ad annum 1100. & ex eo Binius in editione Conciliorum. In istis Capitibus observatur, quod Leo Magnus ait de Clericis, ut hæc, quæ in aliis Ecclesiæ membris non vocantur ad culpam, in illis tamen habeantur illicita. Et secundum illam regulam in Capite secundo duo interdicuntur, usus armorum, & fœnoris illuvies & usus æris. Clerici qui contra fecerint, excommunicantur. Hæc secunda pars ad αἰχενεποιαὶ pertinet, quam Apostolus in epistolis severissime exagit in Clericis: & ad varias illius vitij species pertinent reliqua Capitula. Et quidem Decano prohibetur, ne quid in judicando accipiat quolibet colore vel prætextu. In Cap. penult. generaliter statuitur, ne Clerici officia vel commercia sacerdotalia exerceant, maximè turpia & in honesta: quod fusius & per partes explicatur in titulo, Ne Clerici, vel Monachi sacerdotalibus negotiis se immisceant. In Cap. ult. Clerici qui negotiationibus sacerdotalibus institerint, post trinam monitionem ab Episcopo faciendam, privilegio Clericali privantur ipso facto, id est sine sententia Judicis, vel non adiuto Judice, ut hic recte Dominus Cujacius. Hæc est brevis Summa illorum Capitulorum.

Sed ut redeamus ad *Caput secundum*, duo in illo prohibentur, usus armorum, & usuræ. Quod ad primum ex Pauli præcepto descendit, qui Clericos percussores esse vetat: qua de re habetur titulus *specialis, de Clerico percussore, & plenissimè in Capitularibus Regum nostrorum lib. 6. cap 28 s. & seq. lib. 7. cap. 91. 102. & 104.* & apud Gratianum *Causa xxiiii. Qu. 3. & 8.* & aliis locis diligenter à Glossa notatis. Quod ita intelligendum est, ut nec ex justa quidem causa, etiam in bello, Clericis arma tractare liceat: &, ut ait Ambrosius in *can. 3. Causa xxiiii. Q. 8.* Dolor, fletus, orationes, lachrymae Clericorum arma esse debent adversus milites: talia munimenta sunt *Sacerdotis*, aliter nec debent, nec possunt resistere. Quam in rem notatu digna est historia Philippi Episcopi Beluacensis apud Guillelmum Neubrigensem lib. 5. cap 30. & epist. 42. Petri Blesensis adversus Robertum Cameracensem electum, [ut & epist. Arnulphi Lexoviensis ad Ricardum Pittaviensem Archidiaconum pag. 106.] Adeoque exhorruit Ecclesia armorum usum, & effusionem sanguinis: ut non tantum sententiam sanguinis Clero proferre vel dictare non liceat; sed ne quidem literas dictare, aut scribere prouindicta sanguinis destinandas *cap. 5. & 9.* extra-ne Clerici vel Monachi secularibus, &c. & *cap. 10.* de excessibus Pralatorum: quibus addimus elegantem epistolam suprà relatam Petri Blesensis. Contra contumaces tamen, & excommunicationem contemnentes, licet querimoniam simpliciter deponere, & Regiam potestatem implorare; quamvis absque sanguinis effusione non valeant coarctari *cap. 21.* de homicidio voluntario vel casuali, cuius inscriptio restituenda est ex registro Innocentij III. manuscripto. *Idem Sleuvicensi Episcopo.* Sleuvicensis autem Episcopus est suffraganeus Archiepiscopi Lundensis in Dania. Præterea notandum est pœnas irrogari Clericis, non Laicis. Itaque verum non videtur, quod vulgo asserunt promovendis & ordinandis Clericis obstare, si anteà judicium sanguinis dictaverint. Obstant enim Canones omnes suprà citati: & constat in Ecclesia primitiva ex Magistratibus, qui merum imperium & jus gladij habebant, aliquos ad Clerum & ad summam Episcopatus dignitatem promotos fuisse. Car vero post tot Canones antiquos in isto *Capitulo* eadem prohibitio repetatur; ea causa videtur fuisse, quia feuda, quæ & militaria prædia dicuntur, ea lege & conditione possidentur, ut Vasalli in Bello dominis suis operam dent. Propter ejusmodi autem feuda Clerici, qui ea possidebant, compellebantur saepius ad bellum, ut ex *historia* notissimum est. Et hæc de prima parte *hujus capituli.*

Sequitur secunda pars, qua Usurarij Clerici excommunicantur. Quod ut intelligatur, notandum est in hoc jure, Usuræ & Usurarij nomen accipi semper in deteriorem partem; quamvis intra modum legibus & constitutionibus impositum & receptum consistant, ut constat ex *titulo de Usuris infra.* Hujus autem iuris hic fuit progressus, ut antiquis Canonibus & veteri Jurisprudentia canonica, omnibus de Clero fænebrem pecuniam exercere interdicatur. Quod

Vide *Responsa* *Juris Orientalis Interrog. 4.* optimi Patres statuerunt autoritate Scripturarum adducti, ut constat

Vide Anton Augustinum epitomes lib. 4. tit. 74. & lib. 29. tit. 20. Cœciliij Tolet. IV. can. 30, & Cœc. Matiscon. II. ca. 191. ubi de atrio Sauciolo, in quo Capitales rei suppliciis afficiuntur, à Clericis vitando. Vide Balsamensem ad can. 13. S. Basilij. Ivo in Prafatione Decreti in fine.

ex Nicano can. 17. Laodiceno can. 5. Carthaginensis I H. Can. 16. pag. 364. Adde Collectionis Africanæ can. 5. Basilij can. 14. cui interpretatio Balsa- Photiū in Nonnis omnino debet addi, & can. 53. Concilij Parisiensis VI. can. mōcanone tit. 8. 9. & 10. Dist. XLVI. & can. 1. 2. 3. 4. & 5. Dist. XLVII. Ex quibus 9. cap. 27. ubi omnibus locis colligitur, antiquis Canonibus Laicis non suisse pro ostēdit ex inhibitas usuras, legibus scilicet & constitutionibus Principum probatas tractibus bonæ & confirmatas. Loquuntur enim distinctè de Clericis, Laicorum fidei usuras ex nulla mentione facta; [in quibus tamen Leonis I. Decretorum cap. 3. mora debitas, non probantur.] Posterioribus verò Conciliis & Decretalibus non non ex stipulavissimis, hæc prohibitio producta est etiam ad Laicos; quibus, tu, Clericos perinde ac Clericis usuras etiam legitimas exigere interdicitur posse percipere sub excommunicationis pœna, ut constat ex *titulo de Usuris extra. re*, quia sunt Postremo loco Usurarum antiquo Jure Civili cognitarum mixtum compesatoria. quendam contractum introduxerunt usus & Pontifices; cujus origo & ratio omnis exponitur in celeberrimis *extravagantibus duabus*, quæ continentur sub *titulo de emptione & venditione in extravagantibus communibus*; ex quibus hodierni nostri contractus fœnubres originem duxerunt. Summa autem ratio, vel potius color quæsitus mixti ejusmodi contractus est alienatio fortis, sive pecuniæ, quæ ex parte creditoris ita dari debet, ut nullis pactionibus possit unquam exigi; aliter atque in Jure Civili contingit in fœnore.

Et hæc de progressu hujus juris. Antequam tamen recedamus ab ista visione, nodus solvendus est, qui occurrit in can. 17. Niceno, ex quo desumptus est canon. 2. Dist. XLVII. cui similis canon. 5. Concilij Laodiceni; in quibus hæc verba (*aut hemiola*) ab omnibus Collectoribus, & Interpretibus Græcis & Latinis non intelliguntur. Vetus Interpres & Dionysius interpretantur quidem recte verba; sed menti non satisfaciunt. Vertunt sescupla, & ad usuras, quæ ex frugibus percipiebantur ad sescuplum, referunt: in quibus, ut loquitur Dionysius Exiguus in *dicto can. 5. Laodiceno*, summa capitis & dimidiuum summae percipitur; id est ut Hieronymus loquitur *commentario non. 2. Dist. in Ezechiel lib. 6. cap. 18. Verbi gratia*, ut hyemis tempore demus decim modios, & in messe recipiamus quindecim, hoc est amplius partem Hemiola ex medianam. Qui locus refertur in Concilio Parisiensi VI. can. 53. [& plicavit, & lib. videndum est.] Et hæ usuræ centesimis longe graviores sunt. Legibus 2. lectionum cap. tamen probatae fuerunt l. 1. Cod. Theodos. de *Usuris*. Incerti enim 2. sub finem. pretij ratio, quod in frugibus sæpiissimè mutatur, majores usuras, Adde quæ Modimenta usurarum suasit admitti *lege 23. Cod. de Usuris*. Quæ tam immodicæ usuræ in frugibus arentibus & humentibus admissæ de *Usuris*. olim, sunt tandem reprobatae à Justiniano in *lege 26. Versiculo in Quo Versiculo Trajectiis Cod. codem*. Quo loco his verbis specierum fœnori dationibus hujusmodi contractus continentur; ut recte *Synopsis Basilicen*, & *cod. & l. 1. Cod. Græci* interpretantur; quibus adjungimus dominum Cuiacium lib. 3. *Theod. de Usuris observationum cap. 35*. Et hæc interpretatio probabilis Latinorum, ris modus immo secuti sunt [primò Contius, deinde] Romani Correctores; ponitur usuris: [postremò Salmasius,] Græci verò Interpretates, Zonaras & Balsamo, quas leges inde semissibus usuris, id est dimidia centesimæ, locum illum acci telligit Justi

nianus in d. piunt. Vtrique malè. Quod ut intelligamus , verba primò sunt in Vericulo ibi : terpretanda.

licet veteribus. Et quidem rectè veteres Collectores hemiola exponunt sescupla legibus hoc erat Potest & exponi sesqualtera. * Glossæ veteres sesqualtera $\mu\omega\lambda\alpha$; & concessum. Jun contra $\mu\omega\lambda\alpha$ sescuplum. Quæ proportio est hujusmodi inter majo-
ge Novel. 32. 33 rem & minorem numerum , ut minor superetur à majore toto & di-
G 34. midia sui parte , verbi gratia octo superantur à duodecim toto, id
* Sescuncia in est octo , & dimidia sui parte , id est quatuor. Quæ proportio-
Glossario graco- primò in numeris reperta , postea trahitur ad alia , ut docet Gellius
lat. & in La- lib. 18. c. 14. & ex eo Macrobius in Somnio Scipionis. Ut autem pro-
tino, vide Sel portionem istam ad usuras revocemus , sciendum est centesimas usuras,
qualtera , Sel utpotè gravissimas , instar assis habere ; ad quas reliquæ omnes le-
quilibra , Sel viores usuræ revocantur : unde saepius in jure semisses , quineunes , &
quas. besses usuræ ; quibus media centesima , quinque vel octo partes cente-
simæ significantur. Centesima autem usura quotannis duodecim pro
sorte exigit. Itaque proportione ejusmodi servata , hemiolias , rectè
besses usuras interpretabimur : ut hic sit illorum verborum sensus , non
tantùm centesimas , id est gravissimas usuras prohiberi Clericis , sed
etiam levissimas & modestas ; ut sciant omnino sibi fœnerare non lice-
re. Nec rectè Latini , qui ad unam tantùm speciem usuræ frugum ,
verba coarctant , quæ de pecunia dicuntur in illis Canonibus : &
malè Græci , qui dictionis $\mu\omega\lambda\alpha$ notionem non intelligunt. Semisses
enim usuræ cum centesimis comparatæ duplam proportionem habent :
sex enim bis continentur in duodecim. [Verior tamen videtur opinio
Latinorum Interpretum] hujus Canonis , quam attingit dominus Cu-
jaci in posthumis Codicis titulo de usuris.

In reliquis Capitulis , quæ suscepimus simul cum isto exponenda , aliæ species $\alpha\chi\gamma\eta\pi\delta\alpha$ referuntur : varius enim & multiplex est ille mor-
bus. Et quidem in 10. cap. rapacitas judicum delegatorum , sive à sum-
mo Pontifice , sive à quolibet Ordinario , ita coërcetur , ne quid exi-
gant præter expensas victuales , id est sportulas : quibus verbis non
tantùm itineris expensæ & viaticum ; sed etiam sumptus , qui neces-
sarij sunt , quandiu judex operam dat partibus ; intelliguntur , ut híc
rectè dominus Cujaci contra Glossam ; cuius tamen Glossæ distin-
ctio inter Judices delegatos & Ordinarios summè notanda est.

In capite penult. generaliter omnia commercia & negotiationes in-
honestæ & turpes interdicuntur , ut initio diximus : quod confirmatur
can. 1. 2. 9. 10. & sequentibus Dist. LXXXVIII. Rectè autem cum cap. 2.
in quo usuræ , conjunximus etiam cap. ult. in quo Clericis negocia-
tiones sœculares prohibentur. Rationem reddit elegantem Petrus Ble-
sensis in epistola 17. initio. Clericus , qui leviore comparat precio , ut
vendat carius , filius est avaricie , idololatra pecunia , servus mammonæ ,
& venundatus sub peccato. Cum enim species usuræ sit , minus prox-
imo dare , & plus ab eo accipere : non video Clericum ab usurarum
crimine , & à nomine criminoso immunem , qui sibi cum alieno dis-
pendio , lucrum querit. Pertinet verò dictum capit. ad Galliam , ut sua-
det inscriptio Episcopo Ambianensi : & editum est ad postulationem

Comitis Pontivij. Sic enim legendum est, sicut & in capite tertio de Extat apud Fō-
Divortiis, & in *veteri ordinatione* Philippi III. data Parisiis anno mil- tanonem *tomo*
 lesimo ducentesimo septuagesimo quarto, cuius autoritate s̄epiū no- 4. pag. 508.
 bis utendum est. Ubi malè *Pontinij* legitur. In *p̄isthumis* domini Cu-
 jacij ad *hunc titulum* mēdosē pariter, exscriptoris vitio, *Comitis*
Pontieuri legitur, pro *Pontivij*. Comitatus enim Pontieuri situs est in
 Britannia Aremorica; Ducatus deinde titulo sub Carolo IX. insigni-
 tus, hodie *le Duché de Penthieure*; Comitatus verò Pontivij situs est
 in Ambianensi Episcopatu: & Archidiaconatus Pontiviensis subest
Ecclesiae Ambianensi, ut ex dicta ordinatione colligitur, & ex *notitia*
Beneficiorum Gallæ, vulgo *le Comté de Ponthieu en Picardie*. Comi-
 tum præterea Pontivij stemma nuper edidit rerum nostrarum peritissi-
 mus Andreas du Chesne in *editione Scriptorum veterum historiae Nor-*
mannerum sub finem. Sed ut redeamus ad quæstionem in *cap. ult.*
 propositam, Comes Pontivij Postulat à Pontifice, ne Clerici sacerdotali-
 bus negociationibus se iminiscentes, Clericalibus privilegiis abutan-
 tur in fraudem vectigalium publicorum, quæ à Laïcis exiguntur.
 Ex Canonibus enim relatis suprà statutum est, ne lucri causa Cleri-
 ci negociationem, sicut Laïci exerceant: quibus statutis si non ob-
 temperant, meritò eadem, quæ Laïci onera coguntur agnoscere:
 & illi tantum sunt immunes, qui exiguis admodum mercimoniis
 tenuem sibi viatum vestitumque conquirunt *l. 10. 14. & 15. Cod.*
Theod. de Episc. & Cleric. in quibus fraudes contra hujusmodi Consti-
 tutiones introductæ coërcentur. Eadēque ratione non temerè, &
 citra modum quilibet petentes in Clerum admittebantur; ne sub
 specie Clericorum à muneribus publicis vacatio deferretur passim:
 sed pauperes tantum. Opulentos enim sacerduli subire necessitates opro-
 tet; pauperes Ecclesiārum divitiis sustentari *l. 6. & 17 Cod. Theodos.*
de Episc. & Cleric. & in *can. 13. Concilij Sardic.* in constituendis
 Episcopis diligentissimè tractari jubetur, si forte dives postulatus
 fuerit. Antiquorum itaque canonum & legum decretis coërcentur,
 qui obtentu Clericalis ordinis immunitatem indebitam aucupantur:
 & posteriorum Conciliorum & Pontificum frequentes ea de re sunt
 querelæ & sanctiones *can. 42. Lateran. Concil. cap. penult. titulo de*
Cleric. conjugat. Stephanus Tornac. epistola 12. *Quidam* etiam, quibus
 propria facultates, ut inde vivere possint, ordinari tamen expertunt; ut
 pro titulo secundum dispensationem sacrorum Canonum, rebus propriis
 utantur. *Nonnulli*, ut potestatum sacerdotalium jurisdictionem devitent, ton-
 sura tantum vel minoribus ordinibus dolo inter Clericos sese simulant ag-
 gredi. Quinetiam versipelles hujusmodi homines, contra Canones
 Pontificum & Principum Constitutiones, Episcopi, Decani, Ar-
 chidiaconi, & Capitula, tanquam veros Clericos in subtractione
 servitiorum, quæ temporalibus dominis debentur, fovere nitebantur,
 ut exprimitur in *integra decretali* ex qua desumptum est *d. cap. pen.*
 cui jungi debet *cap. 27. de privilegiis*.

Quare necesse fuit ad summos Pontifices & Principes confugere:
 Nec enim ab incœptis & usurpationibus abstinebant; ut constat ex
 locis suprà relatis, & ex *Constitutione* Philippi III. quam ad eosdem

pertinere monuimus, ad quos cap. ult. hujus tituli: ex qua etiam pertenda est vera solutio dictorum capp. penult. & ult. quæ pugnare inter se videntur. Nam in cap. ult. hujus tit. Clerici non amittunt Clericale privilegium, nisi tertio moniti ab Episcopo proprio, non resipuerint. Contrà in cap. pen. tit. de Clericis conjug. nulla monitio desideratur. Quæ difficultas componitur his verbis in dicta ordinatione. Nec videntur sentire Canones, quod Clerici moneantur, ne artificta diversa exerceant: sed Clericos non conjugatos canon moneri præcipit, ex quo gaudere volunt privilegio Clericali; ne secularibus negotiis & turpibus quæstibus se immisceant, seu non debeant immiscere. Sed quoniam uxorati etiam deferentes tonsuram, qui secularibus negotiis & turpibus quæstibus se immiscent, dum his se implicant, privilegio gaudere non possunt: & in talibus non est aliqua monitio expectanda. Postremò in Glossa capit. secundi error est non ferendus eo loco, ubi ait secundam partem dicti capituli pertinere ad Laicos, non ad Clericos; eo colore, quod dicat in canonibus Clericos usurarios suspendi à ministerio, vel deponi; Laicos verò excommunicari. Sed novum non est, ut ejusdem criminis variæ poenæ assignentur, aliquando mitiores, aliquando graviores: & ita usurarij Clerici depositionis primò poena multati sunt. Quia verò nec ita terrebantur, major excommunicationis poena fuit infligenda, qua contumaciores puniebantur, ut constat ex can. 5. Nicano & ex can. 1. Neccasariensi, can. Sardic. 1. & can. Clerici 23. Quæst. 8. quæ poenæ rectissimè explicantur in Capitularibus lib. 6. cap. 60. cujus verba referemus, quia pertinent etiam ad primam partem hujus capituli. Si quis Episcopus, Presbyter,

Adde l. 53. §. aut Diaconus, vel Subdiaconus, ad bellum procecerit, & arma bellica 1. Cod. de E- induitus fuerit ad belligerandum, ab omni officio deponitur, in tantum, piscopis & Cle- ut nec Laicam communionem habeat. quam scilicet regradati Clerici ricis junctis No- retinebant. Observandum præterea regradatos Clericos coactos fuisse vel. 5. cap. 6. habitum & vestem Laicorum assumere can. 21. Synodi in Trullo; ex & Nov. 6. cap. quo etiam colligitur Clericos post regradationem, in gradum Clerica- 7. lem fuisse restitutos. Sed de his alibi pleniùs agemus.

AD CAPUT III.

Anton. Augustinus lib. 14. Epitomes Iuris nostris Ecclesiis primò fuerunt introducta, suscepit posteà, utilitate Canon. tit. 9. suadente, universa Ecclesia, ut in hoc capitulo evidentissimè ostendit. ut demus, cujus hic est sensus. Ut Presbyter (qui plebem regit; qui terrium gymnasie. ideò Plebanus & Parochus, Parœcialis Sacerdos, Cardinalis etiam Presbyter aliquando, appellatur) adjunctum sibi habeat Clericum, qui in sacris ministeriis ministret, & scholas possit tenere, ad quem Parœciani liberos erudiendos in fide mittant. Progressus autem hujus juris hic est. Paulus in epistolis inter varia Clericorum officia, Doctorum etiam meminit, qui & in antiqua Ecclesia notissimi, ut in Alexandrina Pantænus, Clemens Alexandrinus, Origenes, & alij: quibus hoc erat injunctum, ut ad fidem venientes instituerent & in-

AD LIB. III. DECRET. TIT. I. DE VITA ET HON. CLER. 305
vitarent, & jam imbutos & initiatos confirmarent. In Gallia vero saluberrium hoc institutum observatum est diligentissime, & plures super eo Canones editi. Theodulphus Aurelianensis Episcopus, qui sub Carolo Magno floruit, in *Capitulari ad Parœcia sua Sacerdotes* cap. 20. Presbyteri per villas & vicos scholas habeant: & quilibet fidelium ad discendas literas suos parvulos commendare possint. Nec aliquid ab iis accipere debent, excepto, ut ibi loquitur, quod eis parentes sua voluntate obtulerint. Quod & confirmatur toto titulo extra de *Magistris*, & ne quid exigatur pro licentia docendi: & in Concilio Parisiensi VI. can. trigesimo statuitur ut quando ad Provinciale Episcoporum Concilium ventum fuerit, unusquisque Rectorum scholasticos suos eidem Concilio adesse faciat. Quod & antea a Ludovico Pio fuerat imperatum: sed super hac iussione a nonnullis Rectoribus Ecclesiasticis tepide & desidiosè actum est, ut isto can. dicitur, quo renovatio continetur. Prior autem jussio Ludovici habetur in *additione 2. Capitular. capit. 5.* Cum vero ex longa intermissione hujus studij, pleraque Ecclesiasticorum loca ignorantia fidei, totius scientiae inopia invaserint, de scholis instaurandis serio est actum, ut constat ex can. de quibusdam *Dist. xxxii.* Sed in Gallia diligenter hæc disciplina restituta est, maximè sub Carolo Calvo, ut constat ex Concilio Valentino III. can. 18. in *Capitulis Herardi Episc. Turon. cap. 17.* Ligonensi can. 10. Ex quibus locis discimus non tantum divinæ, sed & humanæ literaturæ scholas fuisse destinatas. Turbat enim acumen legentium, & deficere cogit, qui eos a legendis secularibus literis omnimodo estimat prohibendos, ut loquitur canon 8. *Dist. xxxviii.* in qua distinctione plures Canones colliguntur in eum sensum.

Ut redeamus autem ad *caput nostrum*, simile est huic omnino, quod Hincmarus Remensis in *Capitularibus* tradidit, de his quæ a Magistris & Decanis per singulas matrices, & capellas inquirenda & renuncianda sibi mandavit in cap. 11. his verbis. *Inquirant, si habent Clericum, qui possit tenere scholam, aut legere epistolam, aut canere valeat, prout necessarium sibi videtur.* Multiplices autem erant ejusmodi scholæ: aliæ Presbyteris quippè & Clericis: aliæ Monachis, de quibus elegans extat *Constituti* Caroli Magni to. 2. Concil. Galliæ. De his etiam pluribus agit Trithemius in *Chronico Hirsaugieni* cap. 4. de *Haderado quarto Abbe Monasterij Hirsaugiensis ad annum Christi 890.* [pag. 27. Juncta epistola præmissa editioni Trithemij.] Aliæ pueris assignabantur, ad quas pertinet *hoc capitulum.* De illis autem scholis tractatur sæpè in *Regum nostrorum Capitulis.* Et quidem lib. 1. cap. 27. & in Concilio Aquisgranensi sub Carolo Magno can. 72. ita statuitur. *Scholæ legentium puerorum fiant, psalmos, notas, cantus, compota, grammaticam, per singula Monasteria, vel Episcopia dicant.* Quod & repetitur in aliis locis. De reliquis Presbyterorum, Clericorum & Monachorum, quæ Theologiae dicuntur, frequens est mentio in Conciliis Gallicanis, & in Capitularibus Regum nostrorum, quæ diligentissime collegerunt viri doctissimi Pirtheus in *Glossario Capitularium*, & Filescus ad *caput 15. §. 2. de sacra Episcoporum autoritate.* Ex quibus locis observandum est scho-

las, quasdam Presbyteris solis & Clericis ; quasdam Monachis solis patuisse, (insignis in eam rem Caroli Magni *Constitutio*, seu epistola generalis, de Scholis per singula Episcopia & Monasteria instituendis, & Stephanus Tornacensis epistola 97.) & in Episcopiis, & aliis collegiatis Ecclesiis, itemque in Monasteriis ædificatas fuisse. [Theodulphus Aurelianensis predicta epist. cap. 19. Si quis ex Presbyteris voluerit nepotem suum aut aliquem consanguineum ad scholam mittere, in Ecclesia sanctæ Crucis, aut in Monasterio S. Aniani, aut S. Benedicti, aut S. Liphardi, aut in ceteris de his Cœnobiis, qua nobis ad regenda concessa sunt, ei licentiam hoc faciendi concedimus. Junge cap. 12. Dist. xxxvii.]

Illæ autem omnes scholæ sub Episcoporum dispositione constitutæ sunt, & eis Magistros præponere solebant, qui in Jure Canonico Magister Scholarum est Can- frequentissimè vocantur Magistri scholarum, aliquando Scholastici, larum in cap. Capita scholæ [d. can. 12. Dist. xxxvii.] capitulo 22. de Rescriptis, cellarius in cap. capitulo ex parte de appellationibus extra. Capischoli Lemovicina Sy- 7. de his que nodo Aetione 2. apud Antonium Augustinum parte prima Epitomes In- fiunt à Præla- ris Canonici [lib. 8. tit. 11. cap. II.] Scholares in epistola 61. Stephanis; qui Aure- ni Tornacensis Episcopi Petro Chrysogoni Presbytero Cardinali, ubi quis liis Scholasti- ordo inter dignitates Ecclesiasticas Scholastico tribuatur, satis in- cuss. Cancella- nuit his verbis. Amplector Scholarem, prosequor Diaconum, deos- rius verò in culor Abbatem, assurgo Episcopo, revereor Cardinalem; his graditum as- quibusdam Ec- cendentibus, & sibi accendentibus potius quam succendentibus articulis ar- clesiis à Scho- rident honores moribus, mores honoribus coexistunt. Eorum autem lastico distin- officium in duobus consistit. Primo ut ipsi per se doceant, aut sal- gitur cap. 46. tem per idoneos substitutos, in quorum tamen mores, & doctrinam de appellat. Ubi sedulò inquirant. Secundo, ut in locis suæ jurisdictioni subjectis, in Ecclesia Me- nullum permittant esse Magistrum aut Magistram, qui privatim do- tensi Cancella- ceant; nisi antè fuerint examinati ab eo, antequam docendi li- rius à Scho- centiam impetrant, quam si sint idonei recusare non possunt, nullo lastico tan- dato vel promisso, gratis omnimodo, toto titulo de Magistris, & ne quam planè di- quid exigatur pro licentia docendi. Aliquando etiam licentia legendi, versus statui- omisso Magistro scholarum, à summo Pontifice impetrabatur, Ste- tur. De digni- phanus in epistola 133. Fulconi Magistro scholarum sanctæ Crucis Au- tate verò Ma- relian. [Alexandri III. rescriptum ad Blesenses, in 2. parte post gistri Schola- Conc. Lateran. cap. 16. quod quidem cap. non reperitur in Decretalibus; rum vide in & ejusdem Alex. epistola 44. in fine epistolarum Petri Cellensis.] Debe- 2. parte post tur verò Galliæ nostræ illa institutio, ut ex locis citatis colligitur, qui Concilium La- ex Conciliis Gallicanis omnes fere desumpti sunt: quod & profite- teranense cap. tur Alexander III. in cap. unico de Magistris Collectione 2. Nec 18. ibi. Si Di- omittere debuit Raymundus, sicut nec alia multa ad Galliam perte- gnitas dici po- nentia, Ait autem Alexander per omnes ferè Ecclesias Gallicanas test. Adde Cho- fuisse, & in quibusdam adhuc esse deputatum beneficium ad sus- pinum lib. 1. tationem ejus qui scholas regit: ab aliquantis tamen temporibus de sacra Poli- Clericos Ecclesiarum ipsarum avaritia depravatos, idem beneficium in tia tit. 3. num. communem usum redigere præsumpsisse: quod illo capite factum re- 13. & segg. scindit, & restitui jubet beneficium. Quod generaliter in omnibus Anton. Hotc- Ecclesiis antè revocatum fuerat Conclilio Lateranensi sub Alexandro III.

III. & iterum repetitur sub Innocentio III. in Concilio generali La- mani *Tracta-*
teranensi, ut constat ex cap. 1. & 4. dicto titulo de *Magistris*; cui de- tum *Liberta-*
bet adjungi caput 15. de officio *Judicis ordinarij*, quod ad Theologi tum *tomo 1.* pag.
beneficium pertinet. Postremò in Concilio Tridentino *sess. 23.* & *24.* 377. & seq. Mo-
illa jura instaurata sunt; quæ sibi tanquam ab origine propria vindicanum *lib. 2.*
cavit Gallia in ordinationibus Regum nostrorum Aurelianensibus & cap. 10.
Blesensis. Hæc de Scholarum origine & progressu hujus juris, præ-
fertim in Ecclesia Gallicana sufficiant.

Ab illis scholis omnibus, quæ in singulis Diœcesibus erant sub Epis-
cotorum dispositione, diversæ sunt publicæ scholæ; de quibus insti-
tuendis in tribus celeberrimis Regni locis actum est in dicto Conci-
lio Parisiensi VI. lib. 3. can. 12. & posteà in Concilio apud Saponarias
can. 10. sub Carolo Calvo. [Et ita Professores liberalium artium à
Ludi Literarij Magistris distincti, Merillius *Observat.* lib. 5. cap. 24.
in fine.] Ab illis etiam diversæ sunt & longè recentiores publicæ Ju-
ris Civilis & Canonici scholæ, præsertim in Gallia; quæ à generalibus
primò studiis cœperunt, & posteà summorum Pontificum & Regum
nostrorum autoritate privilegiis pluribus, & Universitatum jure do-
natae sunt, ad instat Universitatum Italiæ, in quibus Jus Civile &
Canonicum sub idem ferè tempus restitutum est: ad quod edis-
cendum è Gallia studiosi proficisciabantur in Italiam, & Bononiæ ma-
ximè hujusmodi studiorum causa morabantur, sicut studiosi Theolo-
giæ Parisiis. Unde & studiosi Juris Transalpinare dicuntur, & *Jus*
Civile Cismontanum; & Bononienses scholæ à Scriptoribus illius
ævi celebrantur, [Petri Blesensis epist. 26.] Sed ea res singularem
Tractatum meritò desiderat. In præsenti hoc tantùm adnotabimus,
multiplices illas scholarum differentias non satis animadversas, nuper
aliquos in errorem induxisse.

AD CAP. IV. V. VI. & VII.

OMNIMUM istorum Capitulorum brevis est hæc comprehensio,
Clericos omnes alere comam & barbam non debere: si non ob-
temperent, anathema indicitur. Quod tamen ita intelligendum rectè
Interpretes notant (*anathema sit*) id est, fiat; ut non ipso facto
excommunicatio incurritur, sed sententia præcedere debeat. Puniun-
tur etiam alio modo, vt si non obtemperent Clerici, & ab Archi-
diaconis, quorum aliquando summa in Ecclesia post Episcopum po-
testas fuit, etiam inviti tondeantur. Itémque ex *capitulo sexto*, qui se-
mel tonsus est in Clericum, amplius tonsuram dimittere non debet;
quamvis sit sine gradu, ut loquitur *dictum capitulum*, id est *quam-*
vis in sacris Ordinibus non sit adhuc constitutus. Illi enim propriè
dicuntur in gradu, quos in Sacerdotali ordine connumerari, &
ięgątkowś absolutè appellari suprà in *paratitulo* docuimus. *Quia* verò
in istis omnibus Capitulis variæ occurunt lectiones; vel potiùs in-
terpolationes variæ ab ipso Raymundo factæ de industria, quæ diver-
sos & pugnantes intellectus pariunt, & incertos & suspensos Inter-
pretes habent: more nostro rem altius & ab origine repetemus.

Ex loco Pauli ad Cor. cap. 2. v. 4. quo generaliter dicitur *viro ignominiam esse si comam nutritat*, in Ecclesia primitiva receptum, ne fidèles comam alerent; & contra ne barbam tonderent, nulla distinctione inter Clericos & Laicos adhibita, ut colligitur ex Constitutionibus Apostolicis lib. 1. cap. 5. Clemente Alexandrino lib. 3. cap. 3. Cypriano lib. 3. ad Quirinum cap. 85. & Epiphanio in heresi Massalia-norum octuagesima, Augustino libro de opere Monachorum. Quod deinde ex traditione Apostolica in omnibus Ecclesiis primò introductum, ex necessitate observari cœpit in Clericis tantum, ut constat ex Concil. Carthag. IV. can. 44. Toletano IV. can. 4. Barcinonensi can. 3. Synodi in Trullo can. 21. Triburiensi. Agathensi & aliis, quorum Canones referuntur in Dist. xxiii. sub finem; & ex Sidonij lib. 4. epistolarum epistola 34. in qua Gallicanorum Clericorum habitus & forma describitur his verbis. *Coma brevis, barba prolixia: & posteā percutētōr adstantes, quod genus vita de tribus arripuit- set ordinib⁹, Monachum ageret, an Clericum, Fœnitentemve?* Communis nempè erat illis tribus comæ & barbæ forma. Et quidem in omnibus illis locis non raditur coma, sed attondetur tantum forficibus, non novacula. Tonsuræ verò species ea fuit, ut capite detenso superius, inferius circuli corona tantum relinquatur, ut loquitur Isidorus lib. 2. de divinis Osticiis cap. 4. & iisdem verbis exprimitur in d. can. 41. Concilij Toletani IV. cui præfuit Isidorus, in quo damnatur ritus Galleciæ provinciæ, in qua Clerici prolixis, ut Laici comis, in solo capitum apice modicum circulum tonderebant. [*Omn̄es Clerici vel Lectores, sicut Levita & Sacerdotes, detenso superius capite toto, inferius solam circuli coronam relinquant, non sicut hic usque in Galicie partibus facere Lectores videntur, qui prolixis, ut Laici, comis, in solo Capitis apic: modicum circulum tendent.* Ritus enim ille in Hispaniis huc usque hereticorum fuit. Vnde oportet ut pro amputando ab Ecclesiis scandalo, hoc signum dedecoris auferatur; & sit una Tonsura vel habitus, sicut totius Hispania est usus. *Qui autem hoc non custodierit, Fidei Catholica reus erit*] Huc etiam pertinet Concilij Bracarensis primi, antiquioris Toletano IV. canon 11. his verbis. *Placuit ut Lectores in Ecclesia in habitu seculari ornati non psallant, neque granos gentili ritu dimittant.* Granos rectè non gradus: quibus verbis designatur forma capillitij Gothorum, qui implicitos crines multiplicibus nodulis, granorum in speciem gestabant: quibus demissis & profluentibus aures operiebant. Unde apud Sidonium lib.

Vide *Glossa*- 1. epist. 2. in descriptione Theodorici Regis Gothorum, qui Hispanium legum antiquarum in voce *Capillati*. *Aurium legula, sicut mos gentis est, crinum superiacentium flagellis cooperiuntur.* Et hic est gentilis ritus Gothorum in dicto can. 11. apud quos Laici omnes capillati erant: quod Clericis prohibetur, quibus contrarius habitus & tonsuræ forma omnino diversa præscribitur; de qua in dictis locis. Ex quibus intelligimus quod dicitur [in 3. Can. Conc. Barcinonensis, quod Loisa post Concilium Toletan. II. collocavit. *Vt nullus Clericorum comam nutritat aut barbam radat.* Et quod habetur in] capitulo 66. Collectionis Martini Bracarensis his verbis. *Non oportet Clericos co-*

*mam nutritre, & sic ministrare, sed attonso capite, patentibus auribus: ex quo desumpta est pars can. Non licet Dist. xxiii. Patentibus auribus, id est ut docuimus suprà ex Sidonij epistola, quas non operiunt crinum superiacentium flagella. Immutata est postea antiqua illa traditio Ecclesiae; ita ut non totum caput superius detonderetur, sed in solo capitis apice modicus circulus tonderetur, contra juris veteris institutionem, de quo in dictis Canonibus. Novam tamen illam consuetudinem Aniceto Papae tribuunt in can. 21. Dist. xxiii. Sed male, si temporum rationem serves. Tunc enim non desuper caput radebatur in modum sphærae, ut in dicto can. statuitur. Tondebantur enim Clerici, non radebantur: unde & nomen tonsuræ remansit, & De Tonsura totum caput superius, non autem vertex tantum, ut hodie fit. Præ-vide Bedam tereà non tantum circa capillos; sed etiam circa barbam variatum lib. 5. Hist. est. Pluribus enim Conciliis recentioribus statutum est ut raderetur *Anglic. cap. 22.* barba & coma. Unde in Synodo Lemovicina act. 2. ex Bituricensi Synodo hujusmodi canon refertur. *Archidiaconi, Abbates, Prepositi, Capischoli, Canonici, & omnes, qui ministerium intra sanctam Ecclesiam tractant, tonsuram Ecclesiasticam habeant, hoc est barbam rasam & coronam in apice,* Quod uno verbo in eadem Synodo, Clericatura appellatur; qua notione corona pro Sacerdotio à veteribus usurpatur. Tamen incertum est ex his, quæ diximus suprà, & doctissimus Sirmondus ad Sidonium, quod ait Gregorius VII. lib. 8. *Registri epistola 10. ad Iudicem Caralitanum scripta. Totius Occidentalis Ecclesiae Clerus ab ipsis Ecclesiae Christi primordiis barbam radendi morem tenuit.* Græci vero antiquum morem retinuerunt prolixam barbam gerendi: quam diversitatem Religioni non officere, prudenter monet dicta Synodus Lemovicina. In istis enim quod decet, pro temporum & locorum ratione servamus.*

Juris istius progressu, & mutationibus variis in protheoriæ formam indicatis; lectionum varietas, & ratio facile colligetur, cur nempè in *capitulo 5. & 7.* aliqua verba sint detracta, vel addita. Ea enim mens fuit Rayundi, ut antiquorum Canonum verba & mentem ad sui temporis usum accommodaret: quod Glossa & Interpretes non intellexerunt; sicut nec *capitulum sextum* hujus tituli, quod ab eodem Raymundo est interpolatum, secundum jus, quod suo tempore obtainebat. Dicti autem *capituli sexti*, quod integrum refertur apud Iyonem & Burchardum, hic est sensus. Clericus, qui in minoribus Ordinibus constitutus est, si neglecta tonsura Clericali, comam laxaverit, quamvis uxoris ducendæ facultatem obtinuerit; iterum tamen post nuptias tonderi cogitur: nec deinde quamvis uxoratus, tonsuram dimittere audeat. Quod si vel in sacris constitutus fuerit, vel à parentibus primò quidem ad Monasterium traditus, in Ecclesia postea cantare & legere cœperit, & ita tacite consenserit; nec amplius tonsuram relinquere, nec potest uxorem ducere. Quod si contra fecerit, uxorem dimittere, & iterum tonderi cogitur. Unde non male in *Collectione prima* hoc capitulum sub *titulo de Apostatis* collocatur. Postrema tamen verba immutavit Raymundus; ita ut contrarium omnino sensum efficiant, hunc scilicet: ut Cleri-

cis, qui in minoribus Ordinibus constituti sunt, liceat uxorem du-
cere & tonsuram dimittere. Aliud tamen obtinebat tempore dicti
Concilij Triburiensis sub Arnulpho Rege convocati, ut ex integro
can. colligitur; ad cuius intellectum necessariò debet adjungi *canon*
24. & 27. alterius Concilij Triburiensis, quod sub eodem Arnulpho
celebratum est: & Burchardus *lib. 8 cap. 97. 98. & 99.* Ex quibus col-
ligitur duo Concilia sub Arnulpho Triburiæ propè Moguntiam fuisse
habita: unde inscriptio in hoc *capitulo sexto* Concilij Moguntini.
Ex posteriori autem quod non reperitur, videtur desumptum hoc
nostrum *capitulum sextum*, & reliqui Canones à Burchardo relati,
qui explicant apertius, quæ brevius in priori Triburiensi, quod ex-
stat, continebantur. Ideò verò Raymundus immutavit verba, & sen-
sum; quia jus immutatum erat, ut constat ex *Capitulis 7. & ult. de*
Clericis conjugatis infra, quibus statuitur, ut qui tonsuram & coro-
nam clericalem assumpserit, si in minoribus Ordinibus militaverit,
non cogatur deferre tonsuram & coronam clericalem, si uxorem du-
cat; quod & ei licet: qua de re fusis agemus ad *dictum titulum de*
Clericis conjugatis.

AD CAP. VIII. ET XIII.

ISTA duo Capita similitudo materiae conjungenda suadet, & *ca-*
non. 11. Concilij Lateranensis sub Alexandro III. ex quo desum-
ptum est *dictum capitul. oēt.* Nam in eo generaliter tractatur de variis
incontinentiae speciebus in Clericis prohibitis. Postrema pars autem
refertur tantum in *hoc capitulo 8.* quia in Concilio Lateran. sub Inno-
centio III. posteà celebrato, distinctius & expressius eadem de re cau-
tum fuit, ex cuius *can. 11.* desumptum est *c. 13.* *hujus tituli*, cuius
interpretationem reiiciemus in *titulum sequentem*, de cohabitatione *Cle-*
ricorum & mulierum. Hic verò tantum *caput 8.* exponemus, cuius
hæc est mens: Clerici Sanctimonialium Monasteria frequentare prohi-
beantur ab Episcopo: quod si non destiterint, post prohibitionem ab
officio Ecclesiastico deponuntur. Laici autem excommunicantur post
præviam scilicet admonitionem: & si non cessaverint, omnimodo à
communione fidelium segregantur, excommunicatione nempè majo-
ri. Ita enim postrema verba *hujus capituli* Panormitanus rectè intelli-
git, quæ in hoc loco desunt in Concilio Lateranensi sub Alessandro;
sed repetuntur ex *prima parte dicti canonis 11.* in qua incontinentia illa,
quæ est contra naturam, plebitur in Clericis & Laicis: quod vitium
intelligitur in *cap. 13.* *hoc titulo*, his verbis. *Ab omni libidinis vito prae-*
cavere, maxime illo, quod venit in filios diffidentiae. Quæ verba aperi-
tiūs declarantur in *dicto can. 11.* his verbis. *Incontinentia illa, quæ est*
contra naturam, propter quam venit ira Dei in filios diffidentiae, & quin-
que civitates consumpsit. Filii autem diffidentiae in utroque Concilio
Lateranensi, & in *cap. 4.* infra de excessibus Prelatorum appellantur,
qui in profundum vitiorum ita demersi sunt, ut nulla spes salutis su-
persit. Quod ab Apostolo mutuatum est ad *Ephesios cap. 4.* ut hic
dominus Cujacius adnotavit.

Sed ut redeamus ad cap. 8. idè de Clericis tantùm loquebatur Concilium Lateranense sub Alexandro III. eo loco , ubi de Sanctimoniis & Monasteriis agit , quia prioniores erant Clerici in illam incontinentiæ speciem , prætextu & colore visitationis , prædicationis , vel alterius ministerij. Unde frequentior illa prohibitio in persona Clericorum & Monachorum , Epaonensi Concilio can. 38. Turonensi III. can. 29. Cabilonensi II. can. 60. 61. & 62. Parisiensi VI. lib. I. can. 46. Quod ita intelligendum , nisi subsit causa manifesta , rationabilis & inevitabilis ; nunquam tamen sine licentia Episcopi , aut illius , qui vice Episcopi fungitur : & præterea in conspectu & præsentia plurium testium dictis canonib. citatis , maximè verò Capitularium lib. 7. cap. 28. dicto can. 46. Concilij Parisiensis VI. & can. 24. xviii.

Quæst. 2. Opus autem fuit pluribus canonibus & legibus , familiaritatis illius arcendæ causa , quam Monachi & Clerici prætextu Religionis affectabant cum Sanctimonialibus ; etiam honesta nomina rebus turpissimis imponentes & indicem ; Agapetos & Agapetas , id De Agapetis est dilectos & dilectas , fratres & sorores , se mutuò appellantes : & vide Chrysost. ut in integra l. Eum qui. Cod. de Episc. & Cleric. decolare & consortio to. 4. edit. Parisoria appellationis se excusantes. Imò & sacrilegè divinis Scripturis ris. 257. & 283. abutebantur in eam rem ex Epiphanio in heresi Origenistarum can. 3. & in Notis p. Concilij Carthag. I. Novella 6. Justiniani cap. 6. ut ex Gregorio Na- 25. 27. & 1053. zianzeno , Hieronymo , & aliis locis probat doctissimus Pithœus in & Notas in Glossario Juliani , dictione Agapeti. † Eadémque ratione duplia Mo- Gregorij Nau- nasteria sæpiùs prohibita sunt ; idè sic appellata , quia in eodem Mo- zianz. versus nasterio Monachi simul & Sanctimoniales conversabantur , & in uno , pag. 1353. & eodem Choro psallebant can. 21. 22. 23. & 25. sub finem. xviii. Q. * Verbi Deola- 2. & lege 44. Graca. Cod. de Episcopis & Clericis , in eam rem insigni , rare , quod recui debet adjungi Novella 123. cap. 36. & Novella 123. cap. 3. Reli- tinent Impera- qua quæ ad capitulum 13. pertinent , duobus Titulis sequentibus perse- tores , Vulga- ris usus eo sa- cculo , Collatio Carthagin. nu- 4. & 5. & Ge-

CAP. IX. & XI.

DECRETALIS ista Gregorij duplex est. In prima parte autoritas Episcopalis officij scriptis Apostolicis munitur tantùm , ut lasius can. 23. loquitur antiqua ; nihil de novo conceditur à Pontifice. In secunda † Merillius ob- verò parte Episcopis tribuitur potestas nova , quæ eis non compete- servat. lib. 6. bat , sed soli Pontifici. Et hæc secunda pars incipit ab his verbis , In- cap. 1. dulgemus , &c. Totius verò Decretalis est brevis summa : ut Episcopi subducta ratione redditum , deductis expensis , certum numerum Clericorum in singulis Ecclesiis constituant ; qui quidem non seorsim , sed in communi vivant , communi tecto , refectorio , dormitorio , & clausto utentes : & ad hoc vitæ genus compellantur inviti per suspen- sionem , & privationem beneficij , nonobstante appellatione ad Sedem Apostolicam , quæ clausula frequens est in rescriptis. Secundò si contingat aliquem ex Clericis , qui in communi vivunt , in socium manus iniicere , quo facto incurrit excommunicatio à solo Pontifice summo relaxanda : hoc casu indulget Pontifex , ut non sit opus Ro-

mam pergere; sed Episcopis ex indulgentia conceditur *hoc capitulu*, ut possint absoluere reos: nisi forte atrocior injuria graviorem pœnam desideret, & summi Pontificis *absolutionem*. Pertinet verò *hoc capitulum*, ut ex *integra* constat, ad Canonicos vel Clericos, vulgo regulares dictos, qui distinguntur à reliquis Clericis. Quod ut intelligamus pleniùs, & totius *capituli noni & undecimi sententiam*: observandum est primis nascentis Ecclesiæ temporibus, multitudinis credentium tantam fuisse charitatem, ut omnium cor esset unum, & anima una. Nec quisquam eorum quæ possidebat, aliquid suum esse dicebat, sed erant communia *Actorum cap. 4.* Indiscreta erant omnia, præter uxores. In illo loco *consortium solvimus*, in quo solo ceteri homines *consortium exercerent*, ut loquitur Tertullianus in *Apologetico*. Hanc consuetudinem in Ecclesia diu viguisse ex Justini, Athenagoræ, Tertulliani, Minucij Felicis & aliorum Patrum locis Viri docti notaverunt, & confirmatur *can. 2. 9. & 15.* Causa xii. Qu. 1. Deferuescente verò charitate, & crescente numero fidelium, Laïci primùm ab illa vita communi recesserunt, quam Clerici retinuerunt: nec tamen semper, ut ex Augustini *tribus sermonibus de vita communis Clericorum* colligitur: quò referunt quidam quod ait Cyprianus de sportulis Clericorum, & de divisionibus mensurnis *epistola 34.* & de num. *Hist. Ec-* sportulantibus fratribus *epistola 66.* Qui tamen loci ita debent intelligi, ut de pecunia & oblationibus, sive bonis Ecclesiæ, stipendij, demensi, & alimentorum ratione Clericis aliquid per distributiones, vel quotidianas, quæ diaria in utroque jure appellantur; vel per menstruas aliquando erogaretur: nihil verò possiderent singuli, ut hodie fit: & ita non tollebatur omnino vitæ communio. Nam saltem tradebantur Episcopo, quæ posteà singulis ex ejus ordinatione & jussu per Diaconos, vel Oeconomos dispensabantur. In rebus enim omnibus Ecclesiasticis plenam habebat potestatem Episcopus, quas tamen cum Presbyterorum conscientia, id est consilio & consensu per tractare & administrare tenebatur, *can. 13. 17. 21. 23. 26. & 27.* *Causa xii. Qu. 1.* Communis autem illa vita diu permanit: sed ab ea severitate ex justa causa Episcopi aliquando dispensabaut, ut constat *ex can. 8. dicta Causa & Quæst.* Et benignè generaliter obtinuit, ut non compellerentur Clerici eam observare: non ideo auferebatur Clericatus, vel delebantur de tabula Clericorum, nisi priùs sanctæ Societatis promissum suscepissent. Eo enim casu recedere à sociali vita non poterant, nec quicquam proprium possidere, vel ex co testamentum facere *can. 9. 10. & 18. dicta Causa & Quæst.* Liberum ergo erat Clericis, vel illam vitæ communionem amplecti, vel seorsim manere, seorsim vivere. Unde duæ Clericorum species ortæ sunt, & nata differentia, & novum nomen *Canonicorum regularium* [qui Canonici regulariter professi appellantur in *cap. 14. de Præbendis,*] & eorum, qui simpliciter Canonici dicuntur. Generaliter enim Canonici possunt appellari omnes Clerici, ut in *paratitulo* attigimus, & apertè exprimitur in *can. Sanctorum Dist. lxx. & in Concilio Aquisgranensi celeberrimo sub Ludovico Pio*, in quo forma institutionis & vitæ *Canonicorum*, id est *Clericorum* est edita; qui à Mo-

Vide Sozome-
num *Hist. Ec-*
clef. lib. 6. cap. 32.

nachis sacerdos distinguntur, maximè in can. 115. & 125. [Imò separatim regulæ Monachis observandæ proponuntur.] Ex quibus intelligimus, quod ait *capitulum quintum de statu Monachorum & Canonorum regularium*. *Etsi à sanctorum Monachorum consortio Canonici regulares non putentur se juncti; regule tamen inserviunt laxiori.* [Hoc tamen loco notanda est consuetudo Ecclesiæ Anglicanæ multùm ab aliis Ecclesiis diversa, de qua meminimus in *Dissert. ad cap. auditis de prescript. cip. 2.* §. plura hujusmodi supra, in multis Ecclesiis etiam Cathedralibus nullos fuisse Clericos, sed Monachos tantùm. *Quod in errorem induxit doctissimum virum qui in lib. 1. sacre Politia tit. 3. num. 6. exemplo Ecclesiæ Anglicanæ deceptus, & similitudine quæ Canonicos regulares inter & Monachos intercedit, nimis generaliter Canonicos regulares Monachos fuisse asserit.*] Ideò verò videntur Clerici regulares Monachis esse similes; quia nihil proprium eis posside- Vide cap. 2. de re licet, vitam communem colunt, claustrum, refectorium, & ple- Postulando. & raque cum Monachis habent communia. Quæ omnia comprobantur cap. memini- ex dicto Concilio Aquisgranensi, & ex plerisque aliis Galliæ & Ger- mus 3. qui Cle- maniæ Conciliis, & ex nostro capitulo. Cucullas tamen & habitum rict vel voven- Monachorum usurpare prohibentur, dicto Concilio Aquisgranensi tes, & ibi Cu- can. 125. in quo usus ille cucullæ & Monachici habitus, qui apud jacum. plerosque Canonicos inoleverat contra morem Ecclesiasticum, reprehenditur & prohibetur. Quinetiam Canonicus regulariter professus, nisi publicè lapsus fuerit, non efficitur Monachus. Quòd si Monachum esse tentaverit, ad ordinem Canonicum retrahitur; & deinceps memorialem cucullam defert, in signum Canonicatus semel deserti, & ultimus in choro manet [can. 2. & 3. xix. Q. 3. & cap. 12. de etate & qualit.] Sed posteà temperatum est jus illud asperum cap. 10. & 18. extr. de regularibus & transeuntibus ad Religionem: ad quorum interpretationem singularis est epistola prima Stephani Tornacensis: & nos alio loco causas illius mutationis expendemus. Procedente verò tempore plures Ecclesiæ divitiarum copia oneratae, & pietate defectæ; diversis quidem temporibus, sed uno impietatis spiritu, regularis vitæ communitatem abiecerunt, ut loquitur Abbas Trithemius in *Chronico Hirsaugensi* ad annum 975. quo tempore, ait plerosque Canonicos per Germaniam regulares esse desuisse, & factos esse nomine & conversatione sacerulares. Pervasit ille morbus & disciplinæ lapsus Galliam, licet serius: cui obstiterunt Viri magni Ivo Beluacensis Præpositus [epist. 69. & 213.] Hugo & Richardus de S. Victore, & alij. Sed de Canonicis pleniùs ad tit. d. Regularib. & transeunt. ad Relig. & ad tit. de statu Monach. & Can. Regul. [de quibus vide Molanum lib. 1. cap. 14.]

Supereft ut reliqua hujus Capituli noni breviter persequamur. Et quidem quod de certo numero Canonorum dicitur in Ecclesia con- Non facile au- stituendo, hæc regla servanda, ut redditum Ecclesiasticorum ratio gendus nume- habeatur. Proinde ut dicitur in can. 118. dicti Concilij Aquisgranen- rus, etsi reddi- sis. Præpositis solerter providendum est, ut in hoc negotio modum dis- tus augeantur cretionis teneant, scilicet ut nec plusquam oportet, & quo civili as Ec- cap. ult. de ver- clesia suppetit in congregationem admittant: nec eos, quos rationabiliter bo signif.

Vide Petrum
Aurelium con-
tra Læmelium
pag. 352. & 353.
& pag. 399.

gubernare possunt, causa auaritia abiiciant. Quod & confirmat *Capitulum Cùm Marinus* suprà de *Constitutionibus*: quibus addere licet, [l. in Ecclesiis II. Cod. de Episc. & Clericis, & } *Novellas Justiniani* 3.6. cap. ult. [& 16.] in eam rem insignes, juncta *Novella Heraclij*, quæ in jure Orientali Leunclavij inter primas habetur, & ad *Novellam terciam Justiniani* omnino pertinet. [Ex quibus colligitur ad Episcopos propriè pertinere illam cognitionem, quorum diligentiam aliquando in d.l. & *Novel.* Imperatores excitarunt. Sed postea Pontifices ob frequentes inter Capitula & Ecclesiæ suæ Diæceseos, tam de exemptionibus, quam aliis de causis quæstiones jus illud sibi vindicavere: in quo tamen exercendo prudenter & religiosè versati sunt; nec unquam Episcopos præterierunt, in quorum Diæcesi ejusmodi reformationes facienda fuerunt, ut licet colligere ex omnibus ferè locis, in quibus ea de re agitur, ut in *hoc cap. & cap. ex parte de Constitut.* Sed & hunc articulum & alios ad hanc materiam pertinentes infra explicabimus ad *cap. 22. de Præbendis.*] Præterea *hoc capitulo* indulget summus Pontifex Episcopis, ut excommunicatio, quæ propter percussum Clericum incurritur, de qua in *can. Si quis suadente Causa XVII.* Qu. 4. ab eis possit relaxari. Quo pertinet etiam *cap. 2. de sententia excommunicationis.* Observandum verò quod permittitur Episcopis *hoc capitulo*, ut certum Clericorum numerum constituant; illud eis prohiberi in *Monachos cap. 16. extra de excessibus Prælatorum*, [contra jus vetus *cap. 1. extra de Institut.*]]

Postremò ad *cap. II.* hoc tantum videtur notandum, vestium discrimen & differentiam in Clericis & Monachis mutari & tolli posse, prout expedit Ecclesiæ utilitati; ita ut Canonici regulares & Monachi eodem genere vestis uti possint. Et consilium Cassiani lib. I. *cap. pen.* in hujusmodi quæstionibus est utilissimum. *A nobis*, inquit, *tenenda sunt illa tantummodo*, *qua vel locorum situs, vel usus provincia admittit.* Et postea in fine ejusdem capituli. *Vt omnis summa nostri vestitus, non in novitate habitus, qui possit offendiculum hominibus hujus facili inferre, sed honesta in vilitate consistat.* Olim verò unus & idem vestis, color & habitus Monachorum fuit, niger scilicet, ut vel ex Eunapio in *Ædesij sophista vita* sub finem colligitur, περινήσας εἰς τὸν μὲν ἄγρων μόλανα φορῶν ἐδῆται, οὐ διφοῖς βούρων αἰχμοῖς. Quem diutissimè retinuerunt; donec exortis Cisterciensibus, Alberico & Roberto ducibus, circa annum 1098. in albos & nigros Monachi distingui cœperunt. Innumeræ postea Sectæ exortæ sunt, & vitæ & vestis specie distantes plurimum, sub Innocentio III. autore *hujus cipitis*, & postea; adeò ut opus fuerit in generali Concilio Lateranensi sub eodem statuere, ne quis de cætero novam Religionem institueret; sed qui ad Religionem converti vellet, unam de approbatis assumeret *cap. ult. de Religios. domib.* Sed huic morbo Medicos coactos cedere usus hodiernus docet.

AD CAP. XII. XIV. ET XV.

AD illustratiopem istorum *capitum* quædam adnotabimus tantum: nec enim magnam habent difficultatem. In primo statuitur, ne in Ecclesiis ludi theatrales fiant; sed mos ille extirpetur, qui invaluerat, ut aliquibus anni festivitatibus Clerici etiam hujusmodi insaniae inservirent. Quæ tamen corruptela multò post remansit; adeo ut opus fuerit, ut nova constitutio super ea re promulgaretur in Concilio Basileensi sess. 21. cujus verba relata sunt in nostra Sanctione Pragmatica, *titulo de spectaculis in Ecclesia non faciendis*. Et generaliter ars mimica, jocularia, & histrionia omnibus in locis, Clericis interdicitur cap. 15. hoc *titulo*, & *capitulo unico* hoc tit. in sexto apud Bonifacium; ita ut nequidem spectandi causa eis interesse liceat l. 34. §. 1. *Cod. de Episcopali audiencia*, & *Novella 123. cap. 10.* Antonius Augustinus in *epitome juris veteris Pontificij lib. [6. tit. 51. & lib. 1] 8. tit. 24.* Clerci servent gravitatem, & ludos saeculares non spectent. Et hæc non tantum in Clericis, sed etiam in Laicis Ecclesia saepius damnavit, Tertull. *lib. 1. de spectaculis*, & *Conc. Carthag. III. can. 35.* Vide doctissimum Savaronem in *tractatibus contra Larvas*, ne actum agamus.

In *cap. 14.* damnatur in Clericis ebrietas, & specialiter mos ille, quo ad potationes sese provocant, & calicibus certant. Eoque pertinet, quod statuitur in *capitulo 15.* ne Clerici tabernas frequentent, nisi peregrinationis necessitas coegerit: quod ex veteribus Conciliis desumptum est, Laodiceno *canone 7. 24. & 25.* Carthag. *III. can. 27.* & in eam rem notandum est quod Hincmarus Remensis scribit in *capitulis*, *capitulo 23. tom. 3. Conciliorum Galliæ pagina 624.* Minatur Clericis, si à tabernis & comensationibus non abstineant, concessum se, quod ab eo Laici petebant; ut si evidenter cum testibus, quod negari non possit à quoquam, *Presbyterum in tabernis invenerint, caballum & cappam inde eis habere liceat.*

In *c. 15.* quod ex Concilio Later. desumptum est, multa simul colliguntur, quæ ad honestam vitam & decorum Clericorum pertinent, quorum pleraque supra explicare occupavimus. Supereft, ut reliqua breviter perstringamus. Et quidem initio inhonesta commercia prohibentur: quod confirmatur *Clementina prima hoc titulo*, in qua Vide *Conc. E-* Clericis ars macellariorum, sive laniorum, quos carnifices vocat, prohibetur. Et rectè inhonesta: permittuntur enim, imò & imperantur Clericis opera & negotiations honestæ, mercaturæ honestati conscientiae l. 14. *Cod. Theodos. de Episcopis & Cleric.* Apostolorum exemplo & veterum Canonum præceptis, Epiphanius heresi 80. Augustinus de ope- re Monachorum, & Concilium Carthag. I. *can. 9.* Ferrandus numero 133. Carthag. IV. *canone 42. 48. & seqq.* & *can. nunquam de consecratione Dist. v.* Secundò in *capitulo 15.* alea & taxillis nec ludere, nec hujusmodi ludis interesse debent Clerici: quod à Justiniano districtissimè prohibetur *Novella 123. cap. 10.* elegantissima lege 34. §. tertio, & seqq. *Cod. de Episcopali audiencia*, & *Novella 12. cap.*

10. Et alia tanquam grave crimen Priscillæ, Maximillæ, & aliis Montani Prophetissimis objecta est ab Apollonio scriptore Ecclesiastico illorum temporum apud Eusebium lib. 5. cap. 17 Αγαλμάτων δέ ἔσται παρποτέ δοκιμάζεται περίπτερον; περίπτερον εἰπεὶ μηδέποτε, περίπτερον σικεῖται, περίπτερον φιλοκοσμοῦ, περίπτερον Ιάσθαι καὶ κύβους παιζεῖ, περίπτερον διέτελε. [Qui locus ex eodem Apollonio citatur in indiculo *Hæretorum*, sub Hieronymi nomine nuper edito à doctissimo Maynardo Juliom. Andium Proprætore, *Hæresi* 20. sed corruptissimè. Ex Græco ita corrigendus est. *Contra hominum supra memoratorum Prophetas Apollonius vir discretissimus* scripsit insigne volumen & longum, afferens *Montanum* & insanam ejus vatem suspendio periisse (Maximillam intelligit, ut colligitur ex Eusebio lib. 5. cap. 15. circa medium) & multa alia, in quibus Prisca & Maximilla Prophetissa negant accipitisse munera. Confiteantur, &c. Deinde. *Dic mihi: crinem fucat* Propheta? stibio oculos linit?* Propheta ad tabulas ludit & tesseras? &c. Omittit εὐοισσεῖ: ad quod hoc loco ita Ruffinus vertit. Prophetissa ornamen:is uititur, & ornatibus delictatur?] Nec tantum Clericis, sed etiam Laicis legibus [& canonibus] alea prohibita est [*Eliberitan.* cap. penul.] & in Libris nostris tit. de alea lusu & aleatoribus, & in *Capitular.* lib. 6. cap. 200. Postremò de vestitu decenti Clericorum agitur, ut & antè pluribus Conciliis, antiquis & novis saepius constitutum. [Augustini ea in re exemplum expedit proponere ex Possidonio in ejus vita. *Vestis ejus, & calceamenta, & lectualia ex moderato & competenti.*] Ad hujus verò *Capituli* intellectum addendus est omnino insignis locus Bernardi lib. 3. de consideratione ad Eugenium cap. 11. qui in eam rem recitat *canonem* 2. integrum Concilij Remensis, cui Eugenius intererat, [quod extat hodie]. Addi etiam debet *Clementina secunda* hoc titulo. Sed in hujusmodi constitutionibus, quæ ad vitam & honestatem Clericorum pertinent, usurpare licet, quod ait loco citato Bernardus. *Luxus vestium interdictus; sed non restrictus: pœna dicta; sed minimè secuta.* Et ita, quod plerumque fit, mali mores Leges & Canones in suam potestatem redegerunt.





D E

DISPENSATIONIBUS ECCLESIASTICIS

P R A E F A T I O.

IN APERIENDIS JURIS SCHOLIS
ab Autore publice habita anno 1648.

ILLVSTRISSIMO VIRO PETRO SEGVIERIO,
Francie Cancellario, scientiarum omnium, Iuris maxime Ci-
vilis & Canonici vindici & Assertori.

FRANCISCUS FLORENS, ANTECESSOR.



RÆTERMITTEMUS galeatos & vulgares Prologos de methodo, de ratione & utilitate docendi & discendi; quandoquidem non modò Dialecticorum & Rhetorum scholæ Declamationibus hujusmodi feruent quotidie: sed etiam Methodorum, Compendiorum, Breviationum, scientiarum omnium, Juris præsertim Civilis & Canonici, splendidis titulis & Trasonicis pollicitationibus oblinendis & conscribillandis, vix amplissimæ civitatis trivia & compita numerosissima sufficiunt; Parisiis ut expeditius sit invenire Doctorem, quām discipulum. Adeoque ne passivis & inordinatis scriptiōnibus & fuliginibus regia civitas deformetur; nova & inaudita propediem apud vigilantissimos Aëdiles & Astynomos controversia speranda sit, inter comœdos, circulatores & dupondios sophistas, cæterosque fumi venditores, de variis Programmatiis, Pittaciis, & Monitoriis, in compitis, in sacris, & publicis aliis locis disponendis, dirigendis, ordinandis.

Nempe semel amissa docendi & discendi Juris vera & legitima forma, publicis legibus sapientissimè constituta & fundata, usque diuturno plurium sæculorum comprobata; conveniens erat Methodos innumeras, falsas, inanes & commentitias excogitari: consequens erat eas primum juventuti novitatis & brevitatis amantissimæ, per conductios proxenetas & pararios subtiliter ostentari;

Qq ij

deinde festinantibus & conniventibus parentibus obtrudi ; tandemque in publicum & privatum damnum eodem hamo methodi suavissimæ simul inescari. Patet unica difficultis ; at certa , sicut ad virtutem , & ad scientiam via : ad vitium , ad errorem & imperitiam panduntur innumeratae , aditu quidem faciles , progressu fallaces , exitu & eventu perniciossimæ. Multiplices tamen illos viarum anfractus & diverticula rumore vulgi constat evasisse celeberrima , studiosorumque gregibus & turmis ubique teri & frequentari : Academias verò , publica scientiarum & justitiæ Templa , more pessimo destitui & solitudinem pati.

Nequicquam toties , Antecessores doctissimi , nequicquam anno superiori Decanus & Collega meritissimus , in hac se palestra sedulus exercuit & maceravit , deceptis ut subveniret , aberrantibus ut comiter monstraret viam : illius verissimæ & gravissimis rationibus , instructissimæ Præfationi nemo doctus ex animi sententia non subscripterit. Verum quid faceres ? cur te cruciares ? nihil apud deceptos amplius latus ,

*— quam qui adverso flumine lembum
Remigio subigit.*

Quiescas potius & tibi parcas : inhæreat firmius animo vulgatum illud :

Δῆμου σφαλεντος , πᾶς ἀγύρτης αρχεπι.

Nihilo minus benigne tentemus aliquid , exemplis , quæ ad probandum & persuadendum gravissima sunt & efficacissima , decenteremus ; utilissimique argumenti tractatione proposita , prudentissimis auditoribus insinuemus , ad Juris Civilis vel Canonici , nedum ad utriusque mediocrem cognitionem & intelligentiam , non absque multo pulvere , non absque vero & continuato labore , nec sine docto & fideli Magistro posse perveniri. Hæc Parerga necessaria & utilia sunt.

Procedat ut hæc nostra de *Dispensationibus Ecclesiasticis* Præfatio certa ratione & ordine ; nominis homonymia & ambiguitate , quæ viros doctissimos in errorem impulit , primum discussa ; posteaque distinctis speciebus singulis , illam Dispensationis speciem tractandam suscipiemus , quæ ad universam gubernationem & régimen Ecclesiæ , sive Politiam pertinet : quid ipsa sit ; quibus in causis locum non habeat ; in quibus habeat ; quæm necessaria sit & utilis ; quibus personis dispensandi potestas & autoritas , quibusque conditionibus commissa & demandata fuerit ; denique quantum justa & Canonica dispensatio distet à simulata & falsa. Quod si per angustias temporis concedatur , speciem dispensationis præstantissimam , quæ circa mores & ritus versatur , *μεί τα ἔξωτα* , selectis insignibus aliquod exemplis ex Scriptura , Conciliis , & Ecclesiæ Catholicæ Scriptoribus & Historicis illustrare conabimur. In universa verò tractatione perpetuam , quatenus dabitur , Ecclesiæ Orientalis & Occidentalis comparationem adhibebimus.

Quæ saepius in Scripturis & à Græcis Patribus & Scriptoribus Ecclesiasticis solet appellari , *οἰκογένεια* , *οὐλγάθη* , *συλχαῖνοι* , *κατιζαῖς* ,

οὐκατάσιος & οὐκ απεργός; veteres Scripturarum Interpretes & Latini Patres nominant Dispensationem, indulgentiam, veniam, remissionem, dispositionem; aliquando ἐν παρελθόντι conjunctim explicationis gratia, dispositionem sive œconomiam; vel verbum verbo, condescensionem, οὐκατάσιον.

Quocumque verò nomine censeatur Dispensatio in duo summa genera dividitur. Vel enim in rebus & factis consistit, vel in verbis, in Scripturarum sensibus profundis & implicitis scrutandis, erudiendis & enucleandis exercetur: unde frequentissime apud utriusque Testamenti veteres & novos Interpretes, ad pleraque loca difficilima notationes adscribuntur hujusmodi, ἀκούωνται, οὐκατακτητοί, vel καὶ οὐκ οἷον, & τοι οὐκατάσιον; nostri dispensativè, vel per dispensationem. Exempla passim in Scripturis occurunt: verbi gratia, quoties lætitia, tristitia, pœnitentia, zelus & ira, somnus, fames & sitis, quæ sunt hominum propria, Deo Optimo Maximo figuratè & αὐτοποιῶν facilioris intelligentiæ causa tribuuntur, vel Christo Servatori secundùm humanitatem verè & propriè accommodantur. Quæ quidem secundùm naturalem verborum sonum simpliciter, sententia & causa dictorum non bene propensa, vel prave & malignè affectata, contra receptam Ecclesiæ interpretationem, Arianorum, Eunomianorum, Macedonianorum, Nestorianorum, Eutychianorum, prælertimque Agnoëtarum, & Anttopomorphitarum perniciosissimas hæreses induxerunt. Quos sane hæreticos omnes temeritatis & imperitiæ, vel ipsi profani Scriptores convincere poterant, apud quos eruditæ Magistri schemata, χρήματα, δικτύα, figuratas dicendi formas passim observant; in quibus nuda si verba spectemus, aliud palam exprimitur, aliud latens Lectori perspicaci quasi per quandam suspicionem investigandum relinquitur. Primam istam dispensationis significationem, ad veram Scripturarum interpretationem prorsus necessariam, missam faciemus, ut proposito convenienter, ad dispensationem, quæ in rebus ipsis obtinet, transeamus.

Præstantissima Dispensationis species, quæ in rebus consistit, & quæ per eminentiam Dispensatio & œconomia solet à Theologis appellari, est ea demissio & abjectio, qua Christus modo plane mirabilis, quem humana sapientia capere non potest, seipsum exinaniens formam servi accepit, εἰαρθρόποτος, ἄνθρωπος, ἔργον ἴμπερίας & absolute plerumque Græci vocitant οὐκονίας, cui θεολογίας, id est divinitatem opponunt: nos incarnationem & dispensationem appellamus. Incarnationem quippe Athanasius, totius Ecclesiæ in hoc mysterio summus Magister, factam fuisse ait διὰ τὴν τοῦτο τὰ κόσματα οὐκατάσιον: eleganter Basilius Seleuciensis, εἰ φιλοθρητὸς οὐ κατάσιος εἴς αἱδόντος οὐ θεωρήποτος, & ex hoc amento validissimum telum contorquens aduersus Arianos, εἰδίπου τὸ εἴς αὐτοφυές ἐμμέτωπον καπίδων, ἀπὸ αἰνίαν ἐχετὸς τὰ οὐκατάσια, ἀστεῖα, οὐκέπει εὐδός τὴν οὐκονίαν ἀρπάζει. Sublimiorē itidem istam œconomia speciem admirandam, & venerandam potius, quam explicandam Theologis relinquemus.

Alteram dispensationis speciem, quæ pariter de rebus, subtilem

minus ; necessariam tamen & planè Canonicam , quæ gubernationis & regiminis Ecclesiastici nobiliorem partem constituit , accuratiū excutiamus. Non incommodè à nostris definiri solet , *Iuris communis per Ecclesię Præsides , ex iusta causa , canonice facta relaxatio.* In re simili Theophrastus elegantissimè , *Ueroris mīs à ecclīsia cō dōgn.*

Debemus altius ab origine rem universam arcessere. Quamvis Juris & legis omnis sit proprium , *imperare , vetare , punire & permittere :* non tamen eadem est vis , non eadem potestas omnium legum & Jurium , nec pariter & ex æquo ab omnibus recedere , vel absolvere permittitur. In Ecclesiastico Jure consistamus.

Leges divinæ & Canones quædam fieri permittunt & sinunt , per indulgentiam , καὶ συγγράμματα , καὶ συντάκτων quæ nec imperant , nec præcipiunt. Permittunt conjugium , ut vitetur fornicatio & adulterium ; remedium ostendit , præmium non promittit : si quis tamen contempto remedio , delapsus fuerit in fornicationem , aut adulterium ; judicium exitiale & pœna confessum indicitur. Vetatur itaque fornicatio & adulterium ; vetatur idolorum cultus , homicidium , furtum , & quæcumque divinæ legis tabulis Omnipotentis exarata manu cunctis mortalibus prohibentur

Magnæ sunt perpetuæ & æternæ leges , Deo legislatore latæ , ab ejus immobili & immutabili spiritu dictatæ , justitiæ & æquitati naturali planè convenientes ; adversus quas , imperent aut vetent , nec autoritas , nec summa Pontificum , Imperatorum & Regum , & populorum potestas , nec ulla temporum spatia quicquam statuere , concedere & indulgere poterunt. Solus legislator Deus Optimus Maximus , vel expresso & manifesto , vel tacito mandato , semper tamen justo , adversus quædam ex hujusmodi præceptis aliquid fieri , prudentissimè pro sua immensa & infinita sapientia nonnunquam mandavit : exempli gratia , Scripturæ commemorant Idololatrarum , vel contumacis populi Judæi cædes , Ægyptiorum spoliaciones & prædas divinitùs imperatas : quam dispensationem divinam his elegantissimis

Lib. 1. de Sa- verbis facundè Chrysostomus explicavit. Fraudis quidem magna vis ,
cerdotio in fine. modò ne fraudulentio ea animo fiat : quam ipsam tum ne fraudem qui-
dem nominandam putaverim ; verum aconomiam quandam potius ac sa-
pientiam , artemque , qua possis è mediis , iisdemque imperviis despera-
tarum rerum angustiis difficultatibusque , correctis emendatisque animi
vitiis , evadere . Neque enim Phinees illum homicidam ego unquam ap-
pellaverim ; quanquam is plaga una corpora duo sustulit : quemadmo-
dum neque Heliām , vel post milites centum unā cum ducibus suis in-
terfectos , atque adeò post magnum illum sanguinis torrentem , quem eo-
rūm nece , qui demonum Sacerdotes erant , fecit excurrere . Nam si hog
dederimus , & res ipsas per se singulas , nudas ab autorum suorum con-
silio preposito que separatas expendere quis voluerit ; nemini sane non lice-
bit , vel Abraham ipsum parricidij accusare : item & illius tum nepotem ,
tum abnepotem dolii ac maleficij reos agere . Sic enim ille ius sibi pri-
mogenitum usurpavit ; hic autem Ægyptiorum opes in Israëlitarum castra
transtulit . Sed non est ita , non est ita . Facebat hinc tanta ista impu-
dentia : neque enim solum eos , quos modò nominavi , culpa liberamus ;

DE DISPENSATIONIBUS ECCLESIASTICIS. 321

sed etiam eosdem vel hoc nomine admiramur: quandoquidem & ipsi hoc demum nomine gratiam à Deo magnam inierunt. Proinde illusorū deceptorisque nomine dignus fuerit, quisquis reipsa iniquo ac nocendi animo abutitur; non qui recto consilio id prestat; alioqui sēpē numerō profuit decepisse; & hac potissimum arte in maximis rebus alteri opem subsidiumque tulisse. Ceterum qui recto semper calle ingreditur, de eo nunquam deflectens; sēpe fit ut ei etiam, cui non astum aliquem struxerit, malorum incommodorumque quamplurimorum autor sit.

Immobilia sunt & immutabilia pariter quæcumque de virtutibus & Christiana perfectione in Scripturis conscripta reperiuntur.

Perpetua præterea sunt & immutabilia quæcumque de Fide & dogmatibus præcipiuntur & imperantur; quæ semel in sacris Libris deposita & consignata, semper integra & illibata permanebunt in Ecclesia. *Regula Fidei*, ait Tertullianus, una omnino est, sola *De Virginibus immobilis & irreformabilis*: cui nec derogari, abrogari, vel subrogari potest, ab Angelis ipsis, nedum ab hominibus, sive conjunctim in Conciliis generalibus plenariis, aut particularibus: sive seorsim à summis Pontificibus, Patriarchis, Episcopis, quibus pretiosi Fidei depositi sola tuitio, custodia & interpretatio Canonica, spiritu suggesta dictata pronunciataque commendatur & permittitur. Hic penitus cujuslibet dispensationis & indulgentiæ ratio cessat & admittitur.

Hactenus de legibus & præceptis immutabilibus & perpetuis diximus, quæ observata salutem conferunt, non observata salutem auferunt: proximum est ut de legibus & præceptis mutabilibus, mortali bus & caducis differamus: de quibus idem Tertullianus. *Lege fidei manente, cetera jam discipline & conversationis admittunt novitatem correctionis; operante scilicet & usque in finem gratia Dei proficiente.*

Istas leges solui, relaxari, temperari, abrogari & retractari sēpissime contingit, & ut Augustinus loquitur, *quoties ex ipsis rer. m. ex- 2. de Baptismo per mentis demonstratur quod prius erat obscurum, quoties depromit quod latebat, quoties aperitur quod conducibilis est Ecclesia; tunc cum sancta humilitate, cum pace Catholica, cum charitate, absque ullo superbia typho, absque ulla inflata cervice arrogantiæ, absque ulla contentione livida invidia communatur in melius.* *Augustin. lib. 3.*

Hujusmodi sunt plurimæ constitutiones Conciliorum & Pontificum, quas Ecclesiæ Præsides, veluti fideles & prudentes divinorum Mysteriorum dispensatores, ad muniendam tutiùs salutem, ad incrementum, amplificationem & ædificationem Ecclesiæ diversis temporibus tradiderunt. In mobilibus hujusmodi præceptis, quando vel universarum Ecclesiarum, vel alicujus Ecclesiæ necessitate vel utilitate suadente, sicut attigimus, honesta vel utilis sequitur compensatio, autoritate legitimè præsidentium, causa cognita, non tantum dispensatio præcedere poterit, sed etiam prioris constitutionis derogatio & abrogatio. Causa tamen ante canonice discutienda est & examinanda; nec à quibuslibet, sed ab illis quibus divina dispositione potestas & autoritas commissa & delegata primùm; perpetua deinde nec interrupta successionis serie in Ecclesia continuata per-

mansit, à legatis Dei & successoribus Apostolorum venerandis Antistibus & Episcopis, ὡς τὸ Αρχεπίσκοπον ἅποινην κατιμενόν. In ea cognitione & examine concordiae, unitatis & utilitatis publicae Ecclesiarum prima ratio est habenda; ne quid temerè, ne quid iracundè, ne quid intempestivè, ne quid in privatum commodum, de communi & publica utilitate, vel in privatorum injuriam dispensatores subdolè & vafre decerpssisse & deminuisse apprehendantur. Quod enim de publico statu Reipublicæ scripsit autor optimus, ad Ecclesiasticum opportunè deflectemus. Stare debent omnes Ecclesiæ Præsides tanquam in aliquo orbe Ecclesiæ, qui quoniā in varias partes versatur, eam partem deligere debent, ad quam Ecclesiæ salus utilitasque converterit; nec pertinaciter semper eisdem sententias, sed quascumque Ecclesiæ & Reipublicæ status, inclinatio temporum & concordiae ratio suaserit defendere, easque ex necessitate Ecclesiæ moderari.

Hæc omnia si conjunxerimus, exorietur & constabit illa germana Canonica, iusta & tuta Dispensatio, indulgentia, venia, εἰκονογένεια, εὐκατάστασις, συμπειθεῖσα, toties & laudata, & salubriter temporibus Ecclesiæ difficillimis usurpata; quam nemini sapientum displice-re scripsit verisimile Cyrillus; cuius scopus & finis esse debet charitas, concordia, & Ecclesiarum commune bonum.

Cavendum tamen maximè, ne recti specie decipiamur: dispensationis enim veræ formam & habitum solet adumbrare & ementiri simulatio, nundinatio, & multiformis avaritia, ψευδοληπίδης, ψευδεπίστημα, χειρουργία. Eleganter Proclus Patriarcha Constantinopolitanus artem Mida vocavit; quæ subtili ingenio, ex ipsa religione lucrum versutè captare consuevit, & ut Apostolus loquitur, εὐθέατη ποιησιῶν existimat. Illam in Pauli Samosateni Antiocheni Patriarchæ damnatione, qui vernalitatem pompam, typhum, & fastum sæculi modis omnibus in Ecclesiam inducere satagebat, Patres Concilij Antiocheni suis coloribus variegatam & expressam artifici penicillo, posteris spectandam & dignoscendam exhibuerunt; cui & apprimè Poëtæ versus conveniunt.

— pulchra Laverna

Da mihi fallere, da justum sanctumque videri,

— Nōctem peccatis & fraudibus obiice nubem.

Non dissimili sagacitate summus Historicorum Polybius, prudentiam politicam, quam vocat πολιτικὴν συντεχνίαν & μεταποίησιν, cuius consilia publica necessitas exprimit; quæ nonnunquam aliud cautè simulat, aliud agit; quæ non partis, nec alicujus privati, sed totius rei & negotij æquitatem considerat; quæ ex omnibus personis, quæ negotio continentur, vide Orig. expletur; ideoque sæpe in speciem contraria πολιτείας variè decernere videtur, accuratè distinguit & separat à veteratoria & astuta malitia, quam πακοπεγγωνία appellat, quæ specioso publicæ utilitatis, & profundioris sapientiæ velamento, privata compendia & injurias, dolos & nefarias insidias prætexit & obtrredit: & sicut primam meritis laudibus effert, & decorat; ita secundam increpationibus & probris acerrimè persequitur & exagitat.

Dispensationum

Dispensationum sive Oeconomiarum Ecclesiasticarum varias acceptiones explanavimus, & singularem, quam delegimus tractandam, Dispensationis speciem definitivimus: quid ipsa sit, quibus in præceptis admittatur, vel non admittatur, quibus dispensandi jus & autoritas, quibusque conditionibus à Deo demandata fuerit, quis scopus & finis Dispensationis esse debeat: quinetiam falsæ & simulatæ Dispensationi personam & larvam detraximus. Superest ut præcipuas Dispensationum enumeremus species.

Canonici quidem Juris Doctores & Interpretes veteres & novi Gratianum & Glossam secuti, modò tres Dispensationum species assignant, permissam, prohibitam, & debitam; breviùs in duas, permissam & prohibitam distinxissent: modo in sex species partiuntur. *Vel enim (ipsius Gratiani verbis utemur) quedam Ecclesia tolerat pro tempore, pro persona, intuitu pietatis, vel necessitatis, vel utilitatis, vel pro eventu rei, quoniam factum semel, amplius infectum fieri non potest. Verum & ea divisio commodiùs ad tres species reduci poterit, necessitatis, pietatis, ut idiotismo Gratiani utamur, id est misericordiæ sive charitatis; & utilitatis causas: quæ tres causæ Dispensationes omnes Canonicas & tutas complectuntur. Tempus enim, personas, & eventus rerum esse duntaxat qualitates quasdam & circumstantias, meritorum, rebus ipsis & factis extrinsecus cohaerentes, nec ipse Gratianus difficitur.*

Provehamur altius, & juxta veterum Theologorum Græcorum doctrinam, Dispensationes omnes solidius quatuor objectorum ratione, in quatuor species dividamus. Vel enim Dispensationes occupantur *mei τὰ ἔξοδη*, cum circa mores, ritus & disciplinam aliqua remittuntur & relaxantur ad tempus, ne quid deterius eveniat; tum ut fidei & religionis sinceritas in perpetuum constanter servetur; tum ut impetus & ictus irruentium, malignantium Hæreticorum declinentur & eludantur: vel *meὶ τὰς λόγις* versantur, circa variū & liberum dogmata & res fidei exprimendi modum; integris & incorruptis dogmatis ipsis permanentibus: vel *meὶ τὰς λόγις*, quando certæ personæ abstinentur & excommunicantur ab aliquibus Ecclesiis; ab aliquibus vero Ecclesiis recipiuntur, & in communionem admittuntur: inter utrasque nihilominus Ecclesiæ fidei unitate & concordia, absque ullo respectu illarum personarum, benignè perdurante: *μέχει γηρ τούτου τὰ τὸ οἰκονομιας ὁ ὄφελος λόγις αὐτέχεται, μέχει αὐτὸν οὐδὲν καυγατωμέται τὸ τὸ συντηρετας σύμμαχος.* Quartam liceat subiungere speciem, quæ latissimè propagatur, & aliquando sibi generis nomen ut proprium vindicat, & absolute vocatur *œconomia* & *Dispensatio*; ea nempe quæ circa delicta & crima commissa & personas Canonicas versatur, remissio & relaxatio, *meὶ τὰ ἐπιπίστα*. Primam speciem, quæ gravissimi momenti & ponderis, appositis insignibus aliquot exemplis ex Scripturis, Conciliis, & Historiæ Ecclesiasticæ Scriptoribus illustremus.

Speciei primæ *meὶ τὰ ἔξοδη*, circa mores & disciplinam, Scripturæ plura nobis exempla sumministrant. Christus ad opus prædicatiois discipulos dimitrens, peram & sacculum gestare prohibuit; im-

minente verò Passionis tempore , peram & saccum discipulis reddidit , edocens in hujusmodi traditionibus cedendum. Paulus Timotheum Lystris circumcidi passus est : rogante Jacobo Paulus Hierosolymis azymorum tempore purificationem & sacrificium ex more celebravit , & caput derasit : contra Paulus idem non est passus Titum circumcidi. Paulus idem comminatur & intonat : *Sicut circumcidimus Christum noli vobis proderit : non justificabitur homo ex operibus legis , nisi per fidem.* Facta ejusdem Pauli consideremus & comparemus , contraria planè & pugnantia reperiemus : propositum & consilium Pauli sagaciùs investigemus ; firmum , tenacem propositi & constantem perpetuò & ubique Paulum deprehendemus. Unum illud solum prægestiebat & anhelabat Paulus , ut eorum omnium , qui illum videbant , audiebant & circumstabant , sive Judæorum , sive gentilium modis omnibus salutem procuraret : propterea modò Paulus extollit legem , eam modò deprimit & deiicit , pro tempore , locorum & personarum opportunitate varius & multiplex , *non astutus* mentientis , sed affectu compatientis ; singulis ita cupiens subvenire , quemadmodum sibi voluisset subveniri , si pariter affectus fuisset. Isidorus Pelusiota , ὁ εὐπόρος (οὗτος scilicet) ὁ τιμέστατος μάλλον αριστος , νικηφόρος δι' ἀκίνητος ἐπέχειτο , ἡτα πρωτη τέλειος . Idem tamen Paulus eadem fere facienti Petro restitit in faciem , & simulationis graviter incusavit ; quia nempe nullam hīc Dispensatio utilitatem Ecclesiæ , sed contra non mediocrem offenditionem simulatio noxia , & quæ scandalum gentibus afferebat. Quare meritò Patres Ecclesiæ , Chrysostomus in primis , Theodoreus & Augustinus in Paulo ; ut verbis utamur Aniani elegantis & antiqui Interpretis Chrysostomi , *Dispensationis profundum admirantur.*

Similia quædam Dispensationum exempla repetamus ex Conciliis & Ecclesiastica Historia. Antiqua & vetus est Ecclesiæ Constitutio , *Ne quisquam post aëtam publicam de aliquo crimine damnabili pœnitentiam , Clericatum accipiat , vel ad Clericatum redeat ; tum ut desperatione temporalis altitudinis medicina major & verior esset humilitatis* , ait Augustinus ; *tum ne cum scandalo & indignatione reliquis præfesset fidelibus , qui in tantum scelus se dejecisset.* Servata potissimum fuit ea disciplinæ severitas , quotiesquis aliquis Clericus aut Laicus in hæresi baptizatus ; vel quod gravius , post Baptismum & Clericatum in Ecclesia suscepsum prolapsus in hæresim , peracta postea de tanto criminis pœnitentia recipiebatur , his nempe conditionibus : *ut nec ad Clericatus honorem vel exiguum subrogari postea , nec quem prius obtinuerat , in Ecclesia retinere valeret , sed laica communio tantum indulgeretur.* Æquitas dispensationis tamen adversus subtilem & austoram Juris regulam aliquando prævaluit , ut non tantum ante lapsum impetratos honores , peracta pœnitentia , retinerent ; sed hoc amplius , ut ad Clerum & honores , Dignitates Ecclesiasticas , & ad omnium dignitatum apicem Episcopatum justis ex causis benignè promoveantur.

Exempla ex Sanctissimi Concilij Nicæni Patres non tantum Episcopos Eusebium Nicomedensem , Theognium Nicænum , Eusebium Cæsareæ

*Augustin. epist.
50.*

Palestinæ, Saram Lybiæ Presbyterum, Arianos conversos; sed etiam Hieronymus ipsius hæresis Principes & Duces Arium Presbyterum, Euzoium Dialog. adversus Diaconum, & Achillam Lectorem, Alexandrinae Ecclesiæ Clericos, sus Luciferianos pœnitentes & homousion propria subscriptione confirmantes, sinnos. gulos in suo gradu benignè suscepereunt. Pari humanitatis ratione Ariani reidem Concilium constituit, Novatianorum Episcopos & Clericos incepti in suis grā posterum errore cognito resipiscentes, & ad Catholicam revertentes, dibus. accepta manus impositione, in Clero permanere; & ubicumque soli Can. 8. Nicæforent in Civitatibus ordinati, in eodem habitu & gradu perseverant. Receptoriū re: si vero simul in eadem Civitate Catholicus & Novatianus Epis- Novatianorum copus deprehenderetur, ne in una Cīvitate duo forent Episcopi, Ca- exemplum. tholicus honorem, dignitatem & munus Episcopi solus retinebat; Novatianus honorem Presbyteri: nisi tamen Episcopo Catholico placet, Novatianum nomine & titulo tenus Episcopum censeri.

Exemplum & prudentiam Nicæni Concilij difficillimis temporibus, & in Orientis & in Occidentis partibus saepius Ecclesiæ Patriarchæ in usum feliciter revocaverunt. Ariminense facinus impiissimum min. perfidia. & turbulentissima Ecclesiæ tempora repetamus, & multa paucis comprehendamus. In optimis Sacerdotibus, aut metu territis, aut exilio deductis, aut præmiis ab Imperatore Constantio corruptis, reliqui Episcopi perfidiæ consentientes captivam conscientiam dederant: ipsi etiam Duces Liberius & Osius variis vexationibus fatigati Constantio cesserant: hoc amplius fraudibus & dolis Arianorum circumventis simplicioribus Orthodoxis, abolito usiæ nomine, Nicænae fidei conclamata fuerat damnatio; adeo ut Catholicæ fidei universitas penes quatuor Confessores, Athanasium Alexandrinum, Hilarium Pictaviensem, Eusebium Vercellensem, & Luciferum Caralitanum inclusa detineretur. Miserabilis prorsus erat facies Ecclesiæ; perclitabatur Apostolorum navicula; nihil jam supererat fidei. Dominus excitatur, imperat tempestati, bestia moritur, tranquillitas redit, ut elegantissimè loquitur Hieronymus. Tranquillitas, inquam, redit. Omnes Episcopi qui de propriis sedibus fuerant exterminati; per indulgentiam novi Principis, (ô altitudo judiciorum Dei!) per indulgentiam novi Principis, quis crederet? novi Principis apostatae Juliani, ad Ecclesias redeunt. Reversus Athanasius studio vehementi concordia & unitatis Ecclesiarum flagrans, Alexandrina citissimè Synodo Confessorum, qui constantes permanerant in fide, convocata, sancti curavit primum: ut hereticos autoribus exceptis, quos error excusare non poterat, pœnitentes Episcopi & Clerici sociarentur Ecclesiæ, & dignitatem retinerent.

Assensus est humanissimæ sententiæ Oriens & Occidens: Oriens quidem in Antiochena Synodo; frequentibus verò Synodis Occidens, per Gallias, per Italiam & Hispanias: primum Hilario & Eusebio ducibus; deinde Liberio ex somno exsuscitato & experto: quem sicut alterum Petrum lapsus & conniventia clementiorem & benigniorem exhibuerat. Itaque singulari dispensatione & indulgentia, sub pœnitentia & satisfactione receptis Episcopis & Cle-

ticis, per universum orbem Ecclesiarum fides in pristinum statum reformata fuit, & apud Ariminum gesta condemnata.

Displicuit egregium facinus pertinaci & nimis austero Lucifero, qui solus in tanta rabie luporum, in summo laborantis Ecclesiæ periculo, segregatis paucis ovibus, reliquum gregem crudeliter deseruit, & amissio concordiæ & charitatis lumine, in tenebras schismatis se præcipitem dedit. Adeo verum est quod Ecclesiastes prædixerat. *Noli esse justus nimium, neque plus sapias quam necesse est.*
μη οποιγε μετανάστε.

Saluberrimum illud remedium non semel Africa in perniciose & diutino schismate Donatistarum est experta. Nam ab initio schismatis in judicio novemdecim Episcoporum à Constantino Judicum datorum, quibus præerat Melchiades, sententia Romæ solemniter lata placuit, *unico & solo Donato omnium sententiis percusso & damnato, totius mali autore & principe: ceteros correctos, etiam si extra Ecclesiam forent ordinati, in suis honoribus esse recipiendos; ita ut quibuscumque locis duo essent Episcopi, quos dissensio geminasset, ille confirmaretur qui fuisset ordinatus prior; alteri vero plebs alia regenda committeretur.* Quod exemplum Patres Nicænos in causa Novatianorum ex parte secutos ostendimus.

Verum nec intra fines tam angustos prolixa & effusa quorumdam Episcoporum charitas, & impatiens animus discordiæ valuit coereri. Refert enim Sozomenus post obitum Valentis Catholicos quosdam Episcopos ab exilio reversos, Arianæ sectæ Doctores obtestatos fuisse, ne se desererent, neve dissensionibus Ecclesiam discinderent, *quam unicam à Deo & Apostolis traditam, contentionis ardor & ambitione, εἰρωνείᾳ καὶ τερπίᾳ* in varias partes disperferant: in communione potius regerent Ecclesiam; communione Sedis cum honore pleno Arianis Episcopis ultrò delato. Superavit omnes Eulalius Amaseæ Ponti Episcopus, qui Coepiscopo Ariano, quamvis ne quinquaginta quidem sibi communicantes haberet, non tantum Sedis communio nem, sed etiam Primatum, veluti servatæ concordiæ præmium, instantissimè, sed frustra, contumaci Ariano proposuit.

Dixerit aliquis singularia quorumdam Episcoporum, facta præclara, & *καταρρωμένα* in exemplum trahi non debere; fortè nec imitanda contenderit, etiam prolato Canone Nicæno, qui duos Episcopos in eadem Ecclesia manifestè prohibet. Ambitionis & avaritiæ vulnus occultum in pectore residens, illo velut aureo baltheo prætegat: audiat saltem quid in plenario totius Africæ Concilio, ante celeberrimam & notissimam Collationem à Catholicis celebrato sub Honorio, trecenti ferè Patres communi decreto sanciverunt, in causa unionis Donatistarum cum Catholicis: illud insigne Decretum præfixum in *notoria epistola ad Marcellinum V. C. Tribunum* directa, qui vice sacra præsidebat, celeberrimæ Collationis gestorum frontem reddit illustriorem. Edicunt Episcopi Catholicæ, si convincantur à Donatistis, nullos apud eos honores Episcopalis munera esse requisituros; si vero Donatistas convincant, sic cum Donatistis Ecclesia unitatem servaturas,

ut non solum viam salutis inventant, sed nec honorem Episcopatus amittant: ita ut uno eorum defuncto, deinceps jam singulis singuli pristino more succedant. Eandem conditionem multis antè annis Paulino Melletius Antiochenus in sede Antiochena ultro detulerat. Quæ sequuntur in dicta notoria admirandum & sempiterna memoria dignum charitatis Episcopalis monumentum continent: nec tamen sine mendo, quod eluemus. Aut si forte Christi populi singulis delectantur Episcopis, & duorum consortium inusitata rerum facie tolerare non possunt; utrique de medio secedamus, & Ecclesiis, damnata schismatis causa, in unitate pacifica constitutis, ab his, qui singuli in Ecclesiis singulis inventur, annuentibus unitati factæ per loca necessaria singuli constituantur Episcopi. Quid enim dubitemus Redemptori nostro sacrificium istius humilitatis offerre? an verò ille de cœlis in membra humana descendit, ut membra ejus essemus: & nos ne ipsa ejus membra crudeli divisione lanientur, de cathedris descendere formidamus? propter nos nihil sufficiens, quam Christiani fideles. & obedientes simus: Episcopi autem propter Christianos populos ordinamur. Quod ergo Christianis populis ad Christianam pacem prodest, hoc de nostro Episcopatu faciamus: si servi utiles sumus, cur Domini aeternis lucris, pro nostris temporalibus sublimitatibus invidemus? Episcopalis dignitas fructuosa nobis erit, si gregem Christi magis deposita collegerit, quam retenta disperserit. Quod si aliquis vi majore, & à Marcellino Tribuno cavilletur extortum fuisse Decretum à Catholicis Episcopis, praesentem in Concilio testem locupletissimum interroget Augustinum: respondebit. Sic placuit omnibus, sic exarserunt omnes, ut parati essent Episcopatum pro Christi unitate deponere; & non perdere, sed Deo tutius commendare. Duo ibi vix nventi sunt, quibus displiceret, unus annosus senex, qui hoc etiam dicere liberius ansus est: alter voluntatem suam tacito vultu significavit. Sed posteaquam illum liberius hoc dicentem obruit omnium fraterna correptio; illo mutante sententiam, vultum etiam ille mutavit. Hoc itaque sanctissimum Decretum in Concilio tam frequenti pene trecentorum Episcoporum Africæ communi consensu fuit confirmatum.

Non ignoramus contra severitatis integritatem, contra disciplinam Ecclesiæ, & Nicænos Canones hīc aliquid admissum, quod profectō, non debuisset; nisi pacis ipsius & unitatis compensatione sanaretur. Aceipimus, ut Augustinus loquitur, unitatem Spiritus in vinculo pacis, accipimus & charitatem, qua peccatorum multitudinem cooperit, & violata discipline cicatricem & notam abstergit & inducit.

Expeditissimum foret innumera ferè dispensationum exempla circa disciplinam, de Scripturis, de Conciliis, & Historiæ Ecclesiasticæ Scriptoribus depromere, circa neophytos, bigamos, ætate minores, natalibus lœsos, non tantum in Clerum allectos; sed ad Episcopatus summam dignitatem, contra præceptum Apostoli, contra Canonum rigorem: vel propter singularem præficiendorum pietatem, charitatem, eruditionem & prudentiam; vel propter postulantum populorum, aut Principum desiderium & studium. Ex iisdem fontibus uberrimis publicæ utilitatis Ecclesiarum & populorum profluxerunt institutiones, mutationes, uniones & translationes, exemptiones, & antiquæ

commendationes sedium Episcopaliū, Metropolitanorum, Patriarchalium : profluxerunt Monasteriorum & Monachorum ordinationes, & in Clerum adoptiones , eorumque innumera privilegia: Quod argumentum prolixè tractandum hoc anno suscipimus.

Ad dispensationum etiam æquitatem prudentissimi Patrum , pacis & concordiaæ retinendæ studiosi, fidelitates, hominia, & Investituras Episcopatum & Monasteriorum retulerunt : hac solida & firma ratione nitentes, adversus refractarios & contentiosos plurimos disputatores , & abruta quædam decreta prætendententes ; meritò scilicet ab Episcopis, Abbatibus & Clericis hujusmodi honores & temporalia obsequia præstari , & exhiberi Regibus & Principibus , à quorum munificentia & liberalitate, amplissima latifundia & latè patentes possessiones & urbes , & provinciæ aliquando integræ , ad Ecclesias & Monasteria non tantum olim pervenerunt , sed etiam quotidie Regum consiliis , præsidiis & armis defenduntur & conservantur.

Hic seges uberrima Dispensationum exoritur in causis matrimonialibus , in perplexis beneficiorum, præbendarum & dignitatum quæstionibus ; quarum plurimas in hoc publico Juris Auditorio sigillatim explicavimus. Huc referenda sunt Ecclesiasticorum & Laïcorum Patronorum multiplica jura , quæ conniventibus oculis Ecclesiam admisisse , & hactenus sustinuisse Alexander III. palam contestatur : quæ itidem jura & exposuimus publicè , jamque prælectionum recognitarum , Deo favente , publicationem meditamus. Quid si trium reliquarum Dispensationis specierum , quæ ad dictiōnēm , ad personas , & ad pœnarum Canonicarum remissionem pertinent , prolixam tractationem aggrediamur , non dies , non mensis , sed annus deficeret , & ex brevi Præfatione spissum volumen nasceretur & excresceret.





DISPUTATIO

DE

NUPTIIS CONSOBRINARUM PROHIBITIS AUT PERMISSIS, ab Autore edita anno 1636.

AD ILLVSTRISSIMVM PRÆSIDEM

HENRICVM MEMMIVM.



UBITATUM fuit nuper (Præses Illustrissime) de Consobrinarum nuptiis; an etiam Justiniani tempore prohibitæ vel permittæ fuerunt. Ex utraque parte multæ & firmæ rationes, tam ex Jure Civili, quam canonico diligenter quæsitæ fuerunt.

Quas in memoriaz subsidium tunc adnotaveram; eas in præsenti ex scheda in mundum redigere, accuratiū digerere, & hanc operæ pretium visum est: ut tibi (Præses Illustrissime) harum quæstionum judici peritissimo offerrem. Fortasse dixeris sicut rancidos & recoctos cibos putere, & edentis stomacho nau seam; ita veterem & saepius repetitam quæstionem displicere, & legentis animo fastidium parere. Me tamen hac excusatione rubebor, quam si non in mei gratiam, saltem propter autoris, quem unicè diligis, summam opinionem & elegantiam, benignè te admissurum confido. εἰ γὰρ ἡ φύσις χρεῖναι λέγει τὸν γάμον ταῦτα, πότε δὲ οὐκ εἴτε κρέα, οὐδὲ διατροφήν. οὐλακά τοιματα διώκεται ἀνθρώπη ταῦτα μὴ γάμον κρέα φθίσεται (οὐλακά γάμοι) τὰ γάμοια μήποτε εὐωδίσεται καδίσαται.

Ab illa parte quæ prohibitas fuisse Consobrinarum nuptias etiam temporibus Justiniani asserebat, initium faciemus. Legem celebrandis C. de nuptiis multis argumentis irrepsisse in Codicem, & suppositiam subodoratur: & in eo maximè status causæ & τὸ κυρώδειον constituitur.

Inscriptio dictæ legis ita concipitur. *Impp. Arcadius & Honoriūs Eutychiano: nec tamen reperitur illa lex in Cod. Theodosiano: imo duæ planè contrariæ. Et quidem lex un. C. Theod. si nuptia ex rescripto petantur, quæ eundem Honorium & Theodosium autores habet, meminit legis Theodosij Magni, quæ nuptias Consobrinarum,*

nisi impetrato rescripto damnat. Hæc Theodosij Magni Constitutio quamvis hodie non extet, ejus tamen multi meminerunt, ut animad-vertunt viri docti; in eam rem etiam allata insigni Ambrosij *ad Paternum epistola*, & Augustini cap. 16. lib. 15. de *Civitate Dei*: quibus addimus ex Libanij oratione *μετὰ Αγγέλων μὲν δὲ εἰςών αἱ φωναὶ γάμου τινες*, *καὶ ἔχοντα πολλὴν τὸν οὐρανὸν ὄντας*, licet aliquando *αἱ φωναὶ* sint fratrum filij, & tertij gradus. Ex quibus apertissimè conficitur sub Theodosio Magno & ejus liberis Consobrinarum prohibita fuisse conjugia. Hoc tantum notandum, *Epistolam Ambrosij ad Paternum* scriptam fuisse ad consultationem Cynegetij, quem & eonomine commendat Ambrosius in *Epistola ad eum* scripta, quæ in editione Basileensi rectè subjicitur *Epistola ad Paternum*: & subjiciendam esse suadet hæc elegans clausula. *Ego vero libenter tua in me onera suscepi, & avo nepem, ut opinor, refudi, quam nescio planè qua opinione nurum sibi fieri desiderabat, ut avum socero mutaret.* Quæ verba convenient omnino cum illis *epistola ad Paternum*. Quanta deinde etiam reliquorum confusio vocabulorum? idem *avus* & *sacer* *vocabere*: ea quoque tibi *neptis* & *nurus* diverso nomine nuncupabitur. In novis editionibus, Romana & Parisensi male divelluntur: ea, quæ ad *Paternum*, inseritur lib. 6. num. 48. quæ ad *Cynegium* lib. 8. num. 62.

Præterea *l. celebrandis*, non esse Arcadij & Honorij, dubitare non sinit *l. 3. C. Theod. de incestis nupiis*. Eadem est inscriptio. *Impp. Arcad. & Honor. Augg. Eutychiano. Subscriptio d. l. 3. Dat. VI. Id. Decemb. Constant. Arcad. IV. & Honor. III. Coss. Inscriptionis similitudine deceptus Russardus, subscriptionem *legis celebrandis*, quæ in *Antiquis Cod. deerat ex d. l. 3. Cod. Theod.* supplevit; cum planè jus diversum contineant: qui error in aliquibus editionibus nonnullis remansit, & falsò tribuitur D. Cujacio, cùm sit proprius Russardi. *In d. l. 3. Cod. Theod.* confirmatur prohibitio hujusmodi nuptiarum: idemque jus in Italia obtinuisse, post expulsos Romanos à Gothis, ex *Formula Cassiodori* pridem notatum est. In Hispania & ea Galliæ parte, quæ parebat Gothis, *Codex Theodosianus* ab Ariano jussu Alarici collectus, & ejus interpretationibus auctus, satis indicat quid ea in parte receptum futerit. Hunc Codicem Ecclesia Gallicana observavit tanquam proprium & in quæstione, quam tractamus, aperte indicat *Concilium Turonense II. sub Chariberto Rege can. 21. in quo inseritur Ariani explicatio ad d. l. 3. & ad seq.* In dicto tamen *Canone legendum ex Ariani interpretatione, Aut ulterioris gradus Consobrinam*. Ex his colligitur, & non tantum temporibus Imperatorum, qui autores *d. l. celebrandis* inscribuntur, sed etiam postea prohibita fuisse Consobrinarum conjugia, adeoque suppositia meritò videtur *d. l. celebrandis*. Quare nec in Basilicis habetur: mutila & sine subscriptione in omnibus ferè editionibus *Cod. circumfertur*; cùm tamen *ex l. 1. Cod. Theod. de Constitut. Princip. edicta, sive constitutiones sine die & consule comprehensa, autoritate careant.**

Postremò Justinianus ipse pugnaret secum, si legi *celebrandis* in suo Codice

DE NVPTIIS CONSOBRINARVM PERMISSIS AVT VETITIS. 331

Codice repetita praelectionis locum dedit : nam in Institutionibus quas ante promulgaverat, tit. de nuptijs ita scriperat : *Duorum autem fratrum vel sororum liberi, vel fratri & sorori iungi non possunt. Negationem in antiquis Codicibus extare Cuiacius in prioribus notis, Contius, Hotomanus & alij fatentur ingenuè, quæ & apud Iuonem reperitur parte 9. cap. 1. ubi Molinæus notat, Ex hoc loco restitui potest §. Duorum autem fratrum Inst. de nuptiis, qui passim corruptus legitur.*

Confirmat & autoritas Theophili, qui negationem retinet, quam si deferset, mens & sententia reponendam esse suaderet, in quam sententiam Hotomanus est pronior : particula enim *autem* opponitur proximè præcedenti versiculo, in quo species permisarum nuptiarum refertur : itaque in *versiculo* *Duorum prohibitarum species erat referenda*, ut præcedenti adversaretur. Sequens etiam *versiculus* qui incipit, *Item amitam*, particula *Item* connectitur cum superiori : in eo vero prohibitarum nuptiarum species proponuntur. Quamvis autem Contius in eo *Institutionum* loco negationem retineat, legem tamen celebrandis non esse Arcadij & Honorij asserit lib. 1. lection. cap. 9. audacius insultans Justiniano & Tribuniano his verbis. *Quid hodie dicturum Theodosium, si reviviscat, existimamus, cum sacrosanctam legem suam de consobrinorum interdictis nuptius à Justiniano eversam aspiciet?* uid Arcadium & Honoriū ejus filios cum sibi attribui & adscribi videbunt l. celebrandis C. de nuptijs ? Nam & hi severissime legem paternam super hujusmodi nuptijs tuiti sunt, ut ex eorum constitutione, &c. Contrà in diversam abit sententiam V. C. Barnabas Brissonius libro singulari de Iure connubiorum. Legem enim celebrandis probat ; alteras duas, quas ex Cod. Theodos. retulimus, ab Aniano vel confictas, vel interpolatas censem. Hactenus primæ partis argumenta & rationes colligimus.

Alterius partis sententiam & rationes proponamus. *Leges illas omnes tam Cod. Theodos. quam Iustin. veras esse non fictas vel suppositias, & rectè ijs Imperatoribus tribui, quorum nomina præferunt : quas inter se ratione temporum habitâ conciliamus. Occurrit prima tempore l. 3. manente C. Theod. de incestis nupt. sequitur d. l. celebrandis C. Iustin. de nuptijs : postrema est l. un. C. Theod. si nuptia ex rescripto : quod ut demonstremus, l. 3 subscriptio hæc est Dat. VI. Kal. Decemb. Constantin. Arcad. IV. & Honor. III. AA. Coss. L. celebrandis Stilicone II. & Anthemio Coss. annis novem post d. l. 3. Quamvis enim in plerisque editionibus Codicis desit inscriptio d. l. celebrandis, sicut etiam hodie multarum Constitutionum, librariorum incuria ; eam tamen Contius in prima & secunda editione Codicis restituit, quam & acceptam D. Cujacio refert lib. 2. lection. cap. 1. Postrema tempore l. un. C. Theod. si nuptia ex rescript. pet. edita scilicet Honor. VIII. & Theodos. III. AA. Coss. post l. celebrandis annis quatuor.*

Itaque temporis ordine prius explorato ; l. 3. C. Theodos. de incestis nuptijs Consobrinarum nuptias damnat, quas & ante Theodosius Magnus damnaverat. Lex celebrandis postea lata eas probat & revocat ; posterior priorem abrogat ; nec tamen obtinuit diu. Nam & iterum l. celebrandis abrogata est per l. un. C. Theod. si nuptia ex rescripto pet. Ex illis tribus contrarijs & inter se pugnantibus Constitutionibus, quas ad manum Tribunianus habuit, elegit medium, id est legem celebrandis, quam & in utrumque Codicem pri-

mæ & repetitæ prælectionis retulisse. non dubito Abrogat' m verò fuisse d. l. 3. C. Theod. per legem celebrandis, qui utramque diligenter comparaverit, non inficiabitur, sive verba, sive rem spectet.

Quod ad rem pertinet. In d. l. 3. Cod. Theod. de incest. nupt. consobrinarum nuptiæ coercebantur ijsdem pœnis, quibus vel sororis aut fratriſ filiarum, vel uxoris fratris. In hujusmodi conjunctione neque vir vel uxor intelliguntur; dos caduca fit, & ex ea suscepti, liberorum nomine non censentur; nec eis donare aliquid, vel causâ mortis licet relinquere. Acerbiores & gravioreſ, quod ad consobrinas pertinet, legis pœnæ viſæ ſunt; leuius in his peccari. Itaque ſicut alia lege anteriore ignis & proſcriptionis pœna, designata nuptias incestas contrahentibus, ſublata eſt per d. l. 3. v delicit ne ſub ſpecie atrocioris judicij aliqua in ulcifendo criminē dilatio nascetur, ut eleganter loquitur l. 2. C. Theodos. de raptu virg. vel viduar pari ratione d. l. 3 per legem celerandis, quod ad consobrinarum nuptias, eſt abrogata & priſci ſuriſ autoritas revocata; quo hujusmodi nuptiæ erant legitime, & ex hiſ ſuscepti liberi ſuis parentibus veri & legitimi ſuccelfores. Ea ratione reſtricta fuerunt calumniarum fomenta, os delatoribus occluſum, & per modicum fisci damnum plurium ſecuritati conſultum, qui huiusmodi nuptias contraxerant. Paſſim enim & vulgo, Jure veteri permittente, ſicut ex Libanij loco diſcimus, consobrinarum nuptiæ peragebantur, ἐντολὴ τοῦ τε θεοῦ μακρὰς ὥρας: nec enim populus facile recedit à jure, quod diu æquum viſum eſt. In reliquis omnibus personis præter consobrinas d. l. 3. robur ſuum retinuit, quam etiam Justinianus in ſuum Codicem tranſtulit, & eſt l. 6. C. de incestis nuptijs; tam consobrinarum quam reliquarum personarum mentione omissa. Ideo reliquarum; quia ſatis eas personas designarat tam in præcedentibus ejusdem tituli legibus, quam in l. nemini C. de nuptijs; in qua tamen & in reliquis consobrinæ omittuntur, maxiſ verò in l. 1 C. ſi nuptia ex reſcripto pet. quæ ex eodem Cod. Theodos. deſumpta eſt, reciſa tamen integra clauſula, in qua mentio inſignis ſuperēſ priuatae prohibitionis à Theodosio Magno introductæ, ut diximus. Omnem verò ſcrupulum eximit ſtylus & verb. d. l. celebrandis, qui longe diversus eſt ab eo, quo Tribunianus ſuis legibus conſcriberdis utitur.

Ad d. l. celebrandis promulgandam Arcadium & Honorium multæ & maximæ rationes impulerunt, quas attigimus, juris veteris autoritas & ejus obſervatio diuturna, cui præterea jus divinum non adverſatur. Rectè enim Au-guſtinus loco citato inter personas prohibitas lege divina consobrinas non con-tineri fatetur. Hæc prohibitio non ex verbis legis, ſed ex interpretatione tantum deſcendit; quia in consobrinis factum etiam licitum propter vicinitatem horrebatur illiciſi. Hæc quippe nuptiæ legi divinæ non ſunt contrariae ad cuam in hujusmodi quæſtionib. ſ recursandum eſſe docet Ennodij Tici-nensis Epiftola 24. lib 5. Divinis tamen legibus cognitionem indiculo comprehenſam in matrimonio licere ſociari, ſine dubitatione novritis. Sed continuo ad ur-bem Romanam homines meos dirigo, exacturus à venerabili Papa ſuper hac parte reſponſum, ut anim m uſtrum potioris præcepti firme autoritas Ad quam epiftolam prudentiſſime doctiſſimus Sirmondus: Sive divinas leges hoc loco interpretere, qua ſacis litteris continentur, ſive ſaeros canones ita voceſ, quo-modo Graci ſcī ſavbras, & divinas regulas paſſim Latini; parvum etat ille tempore diſcriben.

DE NVPTIIS CONSOBRINARVM PERMISSIS AVT VETITIS. 335

Maximam differentiam agoscimus inter consobrinas, & reliquias personas prohibitas: quare Theodosius Magnus & ejus liberi non absolutè & perpetuò nuptias consobrinarum vetant; sed prius peti veniam, impetrari rescriptum volunt, sui beneficij rem esse: quod sicut in consobrinis Ambrosius in dicta epistola non improbat; ita in proximiōribus omnino damnat, idque legibus nostris constitutum l. ult. C. de incestis nuptijs, l. ult. C. si nuptia ex rescripto, in quibus rescripta, pragmaticas, constitutiones impias super ea re & peti prohibetur, & impetratas viribus carere decrentur. Hunc tamen rigorem clementissimi Principes aliquando laxaverunt justis ex causis, ut ostendemus postea: ita tamen ut contracti veniam faciant, non contrahendi matrimonij; unde statim initio d. l. 3. aliqui dicuntur absoluti, aliqui puniti.

Videbatur V. C. & doctissimo legem celebrandis ab initio non fuisse, ex illis legibus, quæ generales appellantur, & omnes tenent, sed eā contineri beneficium, indulgentiam specialem Principum Arcadij & Honorij, in aliquarum personarum vel provinciarum gratiam. Postea vero Tibunianum auctoritate à Justiniano sibi concessā, constitutionibus de novo Cod. confic. Et de Justinian. Cod. confirmando, speciale beneficium, omnium commune fecisse; cuius rei in jure multa exempla habemus. Ita jus aureorum annulorum, Civitatis Romanæ, liberorum, successionis maternæ, Codicillorum & Fideicommissorum, antequam omnibus concederetur, singulis pro beneficio tribuebatur. Sed ut proprius ad nuptiarum materiam accedamus, non aliter Senatori libertinam justam uxorem habere licebat, nisi ex indulgentiā principis l. 31. ff. de ritu nupt. imd & aliquando Senatoribus petendi rescripti prærogativa adempta est l. 1. C. de natural. liber. Generaliter tandem Justinianus omnibus Senatoribus hujus veniae impetrandæ necessitatem remisit Nov. 39. cap. ult ubi notandum quod ait d. legem primam, quæ est Constantini, non utendo fuisse peremptam, non fuisse usu receptam & moribus comprobata.

Leges etiam de incestis conjugijs, præsertim de Incestis jure civili, non ita severè, prout erant scriptæ, ad effectum perducabantur. Sæpius enim Imperatores earum pœnas vel minuebant, vel etiam omnino remittebant, iusta vel probabili erroris excusatione allata; dummodo tamen à tali matrimonio abstineatur l. 57. ff. de ritu nuptiar. l. 38. §. Idem Polloni ff. ad legem ful. de adult. Paulus in sententijs, & Papinianus libro singulari de adulterijs apud Pariatorem titulo de incest. nupt. l. 4. C. eod. tit. Nec tantum privatis vel singulis, sed etiam Ciuitatibus & Provincijs venia indulgebatur, Nov. 12. 13. 14. Et Nov 3. ex his quæ Justino tribuuntur, juncta l. 1. C. Theod. de incestis nuptijs l. pen. C. de incest. nupt. Et l. 7. C. de fūdis. Novella tertia Justini anno primo ejus imperij edita est bonis auspicijs; & ratio edendæ, quam affert, observatione dignissima est: nam Et l. celebrandis valde illustrat, & alijs plerisque casibus est utilissima. Verba non erit inutile adscribere, πνὰς παρενέμοισι οὐαφθίων γάμους, ὡς τέτοιον εἰσις πνεύματος τοῖς ἐξόντες γένεσθαι ταῦτα τι σχέσεων πνὰς αὐτὸν σπενδεῖται λαβόμενος, βεγκάρην καταβαῖνειν παθεῖν ἔπειτον ἕπειτον οὐας ή δὲ σὺν ικτόνοτος αρχήν γε περιπάτητος ποιῶντες αὐτοῖς τὰ πνεῦματα γε ἐκδικεῖν βαλοφρέας ποὺς δὲ ἐπιτελευμένοις ταῦτα πνεύματα αἰχρῆν πέρδειν, εἴτε, συκοφαντίας τοὺς πολλοὺς ἀδικεῖν, ἐπιρεῖσθαι, γε περιγνωματα τοῖς ἀνεβαῖσθαι παρέχειν, quæ liquidò explicant hæc prima verba l. celebrandis, Restinctis calumniarum for-

mentis: sicut & sequens clausula e usdem Nov. quæ ad liberos ex incestis nuptiis natos pertinet, explicat ultima verba d. l. celebrandis, *Ex eo matrimonio editi legitimi & suis partibus successores habeantur.* Eleganter etiam ita concludit Justinus, τὸν πατέρον ἀλέγει τότε οὐχι χωρίουν ex speciali beneficio, καὶ γὰρ τὸ εἰπώταν οὐκέτι τάσσεται, ἐγένεται τὸ ἐκ τῆς νόμου καὶ ταυτὸν αὐτὸν διδούσθων τὸ προσεχεῖν τῷ πατέρῳ δὲ μεταπούλῳ, ἐγένεται δικαιούστης & σωθεότοντος, ἢ τὸ μετέπειτα τελέσθει τούτος ὁ νόμος, ἀλλὰ τοῖς ἑταῖροις εὐλαβεῖσθον τὸν τοσκού τὸ πατέρα, βίσιος τὸν γένος πολλῶν ἡ τὸ εἰπούμενον ἐπαγγέλτος διασέισται. ἐγένεται διπλοῦσθον τούτος οὐκονέγγος πᾶσαν πλευρέας αἴσθησιν περιπονήσαντον. Scripta est autem d. Nov. Justini, πέτρῳ Κομιτῷ τὸ δέσμον ταυτον, Comiti Sacri Aerarij, τὸ θέλων τελεῖται, quibus verbis Comes rerum privataram, private substantiae, sive privatæ largitionis intelligitur; ad quem etiam Novellæ Iustiniani scriptæ sunt, & l. 4. C. de incest. nupt. Ad Comitem enim rerum privataram hæc inquisitio & ex cutio pertinebat, Nov. 12. scripta, ut & aliae Iustini ian. suprà citatae, Φλέρων τὸν εὐθέταντα κόμιτην τὸν ανανταχέα θείαν προβείτων, indicat in fine; cum qua convenit Cassiodorus in formula Comitiva privataram. *Contra hos eligeris unicus & continens inquisitor, ut dum talia probra persequaris, consequaris praconia castitatis.*

Prima itaque conciliatio l. celebrandis cum reliquis, ut non sit generalis constitutio, sed speciale tantum indulgentiam contineat; præteritis delictis aliquorum det veniam, non autem futuris formam præscribat negotijs: quam sententiam juvat d. l. un. c. si nuptia ex rescripto pet. annis quatuor post l. celebrandis edita; quæ tamen, nulla mentione facta abrogationis l. celebrandis, de confobrinarum nuptijs tanquam de jure certo & indubitate loquitur.

Conciliationis author l. celebrandis veram & germanam esse agnoscit ab Arcadio & Honorio promulgatam. Et quidem contextus verba ejusdem coloris & formæ, non fuisse *suppositam*, vel *interpolatam* manifestissimè produnt; cui bono & cum & novam conscribere Tribuniano in promptu foret, qui & gloriam novi juris condendi, vel innovandi cupidè aucupatur. Nec contra receptam & publicam Codicis Justiniani autoritatem facile credendum. Eadem illa autoritate freti putamus legem celebrandis non continere aliquam speciale indulgentiam, sed primùm ab Arcadio & Honorio eo fuisse animo editam, ut omnes peræque teneret Generalem fuisse constitutionem universus legis contextus convincit; & ea maximè verba, quibus revocata dicitur prisci juris autoritas, quod ante Theodosium Magnum obtinebat. Si tantum indulgentiam speciale concessissent; non ideo revocaretur jus antiquum, Ambrosius in dicta epistola ad Paternum. Sed dicas alicui relaxatum? Verum hoc legi non prejudicat Quod enim in commune statuitur, ei tantum proficit, cui relaxatum videtur. Et sanè longè aliâ formâ & alio sermone scriptæ sunt Novellæ suprà allatæ, quæ veniam & prærogativam continent in pari casu.

Supereft ut quæ l. celebrandis opponuntur, breviter refutemus. Et quidem ex vera subscriptione cum legibus Codicis Theodosiani eam conciliavimus, & diversitatis rationem ostendimus: proindeque mirum videri non debet, si omissa fuerit in eo Codice, cuius collectores jus ab ea prorsus diversum amplexi sunt. Quin & hodie multum esse Codicem Theodosianum variæ editiones, aliæ alijs auctiores; multæ constitutiones nuper bono pu-

blico editæ, & quæ apud Pariatorem reperiuntur integiores; in dñ & plures quæ habentur in Cod. *Iustin.* & quæ supersunt lacunæ manifestissimè demonstrant. Non ignoramus in multis Cod. l. celebrandis sine die & Consule reperiri, incuriâ librariorum; sicut & alia plerque constitutiones etiamnum hodie carent inscriptione. Habendæ gratiæ Cujacio & Contio, qui eam sicut alias multas restituerunt. Quinimo licet sine die vel Consule à Tribuniano Codici fuisset inserta; valeret tamen juxta præceptum Justiniani in *Constic.* de novo Cod. confic. & de *Iustin.* Cod. confir. non minus quam alia constitutiones, quibus adscripta sunt in fine hæc verba, *Sine die & Consule;* sublato jure Cod. *Theodos.* Sola enim beneficia personalia sine die & Consule comprehensa, autoritate carent l. 4. C. de divers. rescript.

Sed ut omnem dubitandi causam removeamus autoritate Gregorij Magni utemur in *responsionibus ad consultationem Augustini de Anglis interrog.* 6. in qua sententiam l. celebrandis ita refert. *Quedam lex terrena in Romana Rep. permittit, ut siue fratri & sorori, seu duorum fratrum germanorum, seu duarum sororum filius & filia misceantur.* Nullo enim juris loco apertius exprimitur hæc permissio quam in l. celebrandis. Consentit postrem omnium editionum & Interpretum fides, Placentini & Azonis in *summis*, quas in Codicem scripsérunt; quibus glossarum suarum partem maximam debet Accursius; & in veteri versione Gallica *Ms.* quam habemus, refertur. Tanti etiam fecit, ut diximus, V. C. Brissonius hujus legis autoritatem, ut Codicis Theodosiani constitutiones, quæ ei adversantur, manum Aniani passas esse existimet; levibus argumentis, ne dicam falsis, illo præcipue quo ait. Sed & constitutioni Arcadii & Honorii incestarum nuptiarum pœnam idem Anianus ex gentis sua moribus ignis & proscriptionis, ab eorum Imperatorum sententia abhorrentem. Quod fallsum est: nam ignis & cremationis pœna Romanis legibus ante Gothorum irruptiones, & postea usurpata fuit l. un. Cod. Theod. de parricid. l. unic. si quis solidi, l. 1. & 2. de raptu virgin. l. 1. de Nili agger. non rumpendis C. Theod. l. 1. C. de his qui parentes occid. l. 2. C. de falsa moneta, l. 1. de his qui par. occid. Iustit. lib. 4. tit. ult. §. alia deinde lex, his verbis: *Neque gladio, neque ignibus, neque ulli alii solemini poena subiiciatur.*

Quid si concedamus l. celebrandis supposititiam fuisse & Justiniano incognitam; nihilominus ab eo permitta fuisse consobrinarum conjugia certis argumentis conficiemus. In l. nemini C. de nupt. quam inscriptio Diocletiano tribuit, enumerantur personæ, cum quibus nuptiæ contrahi non possunt; inter eas quæ ex latere, non recensentur consobrinæ, quas profecto Tribunianus in interpolanda Diocletiani constitutione non omisisset; eadem ratione qua clausulam illam addidit, (*Praterea fratri tui filia & ex ea nepote,*) quæ in integra constitutione Diocletiani apud Parjatorem tit. de incest. nupt. desideratur. Illam enim clausulam partim ex constitutione Constantini & Constantis, id est ex l. 1. C. Theod. de incest. nupt. vel sa' tem ex d. constitutione Arcadij & Honorij, id est l. 3. C. Theod. eadem titulo composuit; partim autoritate propriâ addidit Neptem fratri, quæ tamen omittitur in d. l. 1. & 3. & in lege ult. Cod. Iustin. de incest. nupt. Neptem etiam fratri in Institutionibus addidit. §. fratri verdit. de nupt. cum hac speciali notâ, & ratione summa observanda, *Quamvis quarto gradu sint: enjus enim filiam uxorem ducere*

non licet, neque ejus neptem permittitur. Quæ pertinent propriè ad neptem fratris; ut indicaret Tribunianus se non temerè, sed ex certa juris ratione ^{et} negaverit. Neptem fratris addidisse; antiquorum scilicet Iurisconsultorum exemplo, qui filiarum sororis nuptijs prohibitis, etiam neptis & proneptis sororis, si ætas pateretur, prohibitas esse interpretantur l. sororis ff. de ritu nupt. Paulus libro sententiarum tit. de nupt. apud Pariatorem tit. de incestis nuptijs.

Cùm ergo Iustinianus in d. l. nemini ex Cod. Theod. filiam fratris non tantum inseruerit, sed etiam neptem fratris autoritate propriâ; ei profecto non adeò grave fuisset, vel ex eodem Codice, vel autoritate propria consobrinarum meminisse, si ei fuisset animus earum nuptias vetare. Sed ea non fuit ejus sententia, quam evidentissimè deprehendimus ex eo quod leges, quas ex Cod. Theod. retulimus, in suum Codicem transtulit Iustinianus, mentione consobrinarum prætermissa l. un. si nuptia ex rescript. & l. si quis C. de incest. nupt. Contrà verò idem Iustinianus in Codicis & Pandectarum compositione Prudentium scripta, & constitutiones Principum, quibus in locis consobrinarum nuptiæ dicuntur permitti, sincerè & bona fide, citra omnem immutationem & omissionem integra retulit: nec uno q idem aut altero loco, ne quis sorte obtendat obrepisse in tanto opere quædam juris veteris & obsoleti vestigia; sed in plurimis l. 3. ff. de ritu nupt. l 78. §. 8. ff. ad Trebell. l. 23. & 24. ff. de condit. instit. l. 2. C. de institution. & passim.

Huic tandem disputationi certos fines ordine & tempore, quo suam vocem Iustinianus condidit, fideliter observato constituamus. In Codice primæ prælectionis quid decisum sit, quia non extat, ignoramus: ex Digestis tamen, quæ statim post primum Codicem composita sunt, conjicimus, in hoc articulo jus idem omnino servatum fuisse. In Codice repetitæ prælectionis, post Pandectar & Institutiones edito, permissas fuisse consobrinarum nuptias liquido probavimus; quibus Novellæ post Codicem editæ hac in parte nihil derogarunt.

Restat ut exploremus, quid in Institutionibus, quæ post Pandectarum opus peractum inchoatae sunt, & ante Codicem repetitæ prælectionis mediotempore sunt compositæ, & promulgatae; an aliqua nova & singularis constitutione reperiatur, quæ tot expressas leges & constitutiones evertat. Et quidem oponitur vulgo celebris versic. Duorum autem fratrum, quem jugulum causæ putant: quare diligenter excutiendus est. Et quidem prius asserenda est vera lectio; deinde certis juris rationibus confirmanda. Et certè veluti quidam Codices negationem agnoscent, abest pariter à multis: quod in libris nostris sèpius in locis controversis evenit. Et quidem vulgata lectio, quam veteres Interpretes & Glossa sequuntur, legit affirmativè; sicut & editiones Haloandri, Russardi, Contij, Carondæ, Cujacij. Cur tamen irreperitur negatio & apud Iyonem & Theophilum reperiatur, infra dissenseremus.

Rectè verò in d. versic. duorum fratrum consobrinarum permissas esse nuptias, ex his quæ præcedunt, & sequuntur, colligemus. In enumerandis personis, quarum nuptijs est abstinentum, observandum Iustinianum perpetuò comparare personas, quæ naturali cognatione nos contingunt cum adoptivis. Et quidem in personis ascendentium & descendentium, tam naturalibus quæ adoptivis, nulla graduum habita ratione perpetua est, & in infinitum exten-

ditur prohibitio. Accedit deinde Justinianus ad personas, quæ ex transverso cognationis junguntur, in quibus ait esse similem quandam observationem, sed non tantam: eas deinde enumerat, ratione graduum, & naturalium cum adoptivis comparatione servata; in secundo gradu fratres & sorores & naturales & adoptivos; in sequenti personas tertii & quarti gradus. Et incipit à filiis fratum & sororum, qui tertio gradu sunt: numerat postea neptes fratris & sororis, quas ait esse quarto gradu, & hac speciali notâ designat, ut occupavimus dicere, quamvis quarto gradu sint; quæ verba nemo non videt intendere, & augere difficultatem, & hunc habere naturalem intellectum: quamvis ex quarto gradu liceat uxorem ducere, tamen neptem fratris vel sororis non licet. Unde statim infert, *Dnorum autem fratum, &c. iungi possunt, nempe quia sunt quarto gradu, ex quo regulariter licet uxorem ducere, exceptis neptibus fratum aut sororum.*

Reliquas deinde personas tertii & quarti gradus persequitur, quæ necessariam habent relationem cum prius enumeratis. *Iiem amitam, &c.* Magnæ quoque amita & matertera magna recensentur, quamvis quarto gradu sint, sicut neptes fratris aut sororis *l. per adoptionem 17. ff. de ritu nupt.* Èdem loquendi formâ Caius in magna amita & matertera utitur, quâ Justinianus in nepte fratris & sororis: & revera Justinianus hos §. contexuit, partim ex d. l. per adoptionem 17. l. 53. & 56. ff. de ritu nuptiarum, quæ sunt ex libro undecimo Caii ad edictum provinciale, partim ex Ulpiani libro singulari regularum tit. de nuptiis, cuius verba necessario adscribenda sunt. *Inter cognatos autem ex transverso gradu olim quidem usque ad quartum gradum matrimonia contrahi non poterant.* Olim, ait, quia extertio gradu fratris filiam ex ambitioso Claudi Agrippinam depereuntis Senatusconsulto licuit ducere: quod jus duravit usque ad Constantinum & Constantem, qui primi jus vetus reduxerunt *l. i. C. Theod. de incestis nuptiis,* & per consequentias firmata est vetus Juris regula, quæ propter filias fratrum exceptionem patiebatur.

Itaque hodie sublato Senatusconsulto Claudiano, sicut olim ante Senatusconsultum Claudianum verissimum est quod ait Ulpianus, usque ad quartum gradum matrimonia contrahi non posse, ex quarto gradu licere, ex tertio nunquam. Illa tamen regula in personis, quæ parentum liberorumve locum obtinent, perdit officium suum; quamvis quarto gradu sint, & ex latere veniant. Quare propriè in *l. un. C. Theod. si nuptia ex rescripto,* consobrinorum hoc est quarti gradus conjunctio appellatur, id est non nisi consobrinorum. Reliquæ personæ quartigradus, ut diximus, licet ex transverso veniant; quia, ut diximus, aliquam habent similitudinem ascendentium & descendentium, eodem jure censentur, proindeque hujusmodi nuptiæ in infinitum prohibentur *Instit. de nupt. eodem loco, l. si sororis ff. de ritu nupt.* Cujac. *l. 9. Obs. cap. 18.* & eo sensu Paulus apud Pariatorem loco sapienter citato, privignæ & novercæ amitam & materteram adjungit.

His ita enucleatis secundum certa juris principia, quilibet facile poterit solvere, quæ contra d. vers. *dnorum* opponuntur; quibus Contius motus sententiam mutavit. Extremus labor in eo versatur, unde in multis Codicibus negatio in d. versic. irreperitur, quam retinet Theophilus; itemque cur *lex celebrandis à Basilicis absit:* quæ idèo conjungimus, quia communem responsionem habent; diversitatem locorum nempe & temporum & mutationem juris. Nam in *C.*

riente d. l. celebrandis unà cum imperio & reliqua legislatione Justiniani obtinuit diu. Et vix ante Synodum sextam fuisse abrogatam colligimus ex Synodi sextæ Can. 54. quo prohibitæ primùm videntur consobrinarum nuptiæ, ἀπὸ τῶν οἰκείων εὐαγγελοφυῆς γάμου κοινωνίας οὐαπτόμενον, quibus verbis significatur jus novum. Interpretes Zonaræ & Balsamonis male εξαρέλων, fratris filiam vertunt.

Post sextam Synodum & ejus immutationem procedente tempore ad ulteriores gradus sobrinos prohibitio producta est usque ad septimum gradum; ita ut ex octavo tantum apud Græcos liceret uxorem ducere. Ex eojure Theophilus negationem addidit, & in Basilicar lib. 28. tit. 5. de nupt. prohibitis refertur d. versic. Duorum autem fratrum, cum negatione. Præterea subjicitur Sed nec filius meus eorum neptem, qui dicuntur διοικόδειλοι. In Synopsis Basilicar p. 333. l. 2. C. de Instit. & substit. inseritur. In Codice hæc conditio apposita est, Si consobrino nupserit. Interpretantur verò Basilica secundum usum sui temporis, ἵνα τῷ τειπέχειλφῳ γαμοθῇ. Eo enim tempore, ut diximus, ab octavo tantum gradu nuptiæ incipiebant esse legitimæ: qua de re alius erit dicendilocus.

Hæc in præsenti sufficient, adhibito Harmenopulo lib. 6. tit. 6. num. II. & 22. Balsamone ad Nomocan. Photii tit. 13. cap. 2. & Mathæo Monacho lib. singulari de questionibus & causis matrimonialibus. Quibus ex locis est notandum, Ecclesiam Orientalem semper retinuisse formam & modum numerandi gradus à Jure Civili proditum; itemque Ecclesiam Latinam usque ad Gregorium Magnum & Zachariam; quorum innovationem non statim ab omnibus fuisse receptam, Alexandri II. Constitutiones varia, & Petri Damiani tractatus super ea re abunde declarant. In Italia aliquot annis post sextam Synodum, ferè jam colapsò in Italia Romano Imperio & ejus legibus, Gregorius Junior in Romana Synodo, quæ fuit celeberrima, cuius Luitprandus Ticinensis meminit, & in qua de illicitis conjugiis præcipue quæsitus est, Consobrinarum nuptiæ sub anathematis pena interdictæ fuerunt; quamvis tamen non ignoremus Gregorii Magni & Zachariæ super ea quæstione decretales Epistolas, quarum in Conciliis Occidentis frequentissima occurrit mentio: in iis potissimum Occidentis partibus, quæ ante Justiniani imperium Romanorum jugum excusserant. Verum perplexus istius juris progressus intentiorem sollicitudinem & otium securius desiderat; quod commodius aliquando suppeditabit Deus, in componendo de Dispensatione Ecclesiastica libro singulari.

Veremur, Præses illustrissime, ne longiori sermone disputationem hanc De Nuptiis Consobrinarum prohibitis aut permisssis persecuti simus: postulavit reidifficultas, & summi Cujacii verissima sententia, cuius nomen & doctrinam, crepant licet plurimi, in consummatissimo tamen opere posteriorum ad Institutiones notarum,

rara mens intelligit.

Quod interiore cura condidit angulo.

FINIS PRIMÆ PARTIS.